Tabula

[illegible]

[illegible] in fra [illegible] chris[illegible]
[illegible] et de modo [illegible]
[illegible] procedend[illegible].
De terminis datis in caus[illegible]
qualiter ius reddat[ur] inter massarios et for[illegible]
qualiter et quando testes [illegible] p[ro]du[illegible]
[illegible]
Qui termini no[n] currat post [illegible]
De [illegible]
[illegible]
De pena denegantis advocat[illegible] vel pro[illegible] car 6
[illegible] in certis casibus
De diebus feriatis
De celebratione [illegible]
[illegible]
[illegible] p[er] [illegible] acta
[illegible] prior creditor potior [illegible]
[illegible] appellat[illegible] [illegible] summarie diffiniat [illegible]
[illegible]
De gestionibus factis [illegible]
[illegible]

1/10

De [illegible]tionibus [illegible]
[illegible] in causis legat[illegible]
Qu[illegible] [illegible]datur [illegible]
[illegible] sol[illegible]
car 4 Qui [illegible] et [illegible]
[illegible] et [illegible]
interpone[illegible]
Quod victus [illegible]
[illegible]
De bon[illegible] et [illegible]
[illegible]
Quibus temporibus debitores [illegible]
De debit[illegible]
possint vel no[n] [illegible]
Q[uod] de [illegible] cogant[illegible] [illegible] dictus
Q[uod] [illegible] no[n] possint [illegible]
De pena [illegible]
car 6 De p[re]scriptione [illegible]
[illegible]
De [illegible] p[er] appellan[illegible]
[illegible]
[illegible]

De [illegible] faciendo de [illegible] nos[tr]is defunctis
De [illegible] dnis nobilibus [illegible] faciendo p[er] nos[tr]os [illegible] [illegible] — Car. 15

De jurisdictionibus vicarij i[n] cais criminalibus
De notificationis actionum denuntiationum [illegible] dnis prioribus et quatuor [illegible] — Car. 16

De citationibus [illegible] in [illegible] faciendis et eorum forma [illegible] ordine et q[uibus] [illegible] casibus no[n] [illegible] dari fideiussores
Quod no[n] possit [illegible] p[er] aliquem vicarium [illegible] aliqua [illegible] sue temporis fuerit in officio [illegible] et q[uod] in aliqua causa [illegible] no[n] possit procedere [illegible] in officio [illegible]
De jurisdictione rectoris sive vicarij ante [illegible] eorum officij
[illegible] casibus potestas sive vicarius castri Masse habeat [illegible]
De hijs [illegible] — Car. 17

De questionibus sive tormentis [illegible] et quo [illegible] post [illegible] [illegible]
[illegible] possit [illegible] vel carcerari [illegible] dare fideiussores [illegible]
De [illegible] p[er] potestatem sive vicarium [illegible] — Car. 18

De modo examinandi [illegible] in criminalibus [illegible]
De [illegible]
[illegible] vel curatoris [illegible]
[illegible]
[illegible] ad [illegible]
[illegible] accusam[us]
[illegible]
[illegible] — Car. 19

De modo [illegible] in sententijs ferendis in criminalibus
De sententijs no[n] ferendis in civilibus criminalibus ultimis x v diebus
In q[ui]bus casibus pene duplicentur
Q[uod] no[n] solum [illegible] infra certo tempore incurrat quartum et [illegible] no[n] cancellet donec fuerit soluta cum quarto — Car. 20

De [illegible] exigendis
De pena insultantis vel minantis aliquem
De pena offensionum et excessuum p[er]sonalium — Car. 21

De pena mandantis maleficium p[er] alium co[m]mictere [illegible] mandatarij comictentis et de pena [illegible] castri Masse offendentis forensem citra mortem
De pena facientis vindictam [illegible] sanguinis sui offensoris
De pena associantis alium ad aliquod maleficium comictendum
De [illegible] reddenda p[er] percussum suo percussori ante domum comunis [illegible] et de pena recusantis eam recipere
De beneficio [illegible] — Car. 22

Q[uod] pena plurium maleficiorum simul commissorum per eundem in eadem p[er]sona no[n] excedat penam [illegible] homicidij et q[uod] pena amputationis plurium digitorum no[n] excedat penam amputationis manus vel pedis
De pena offendentis aliquem in [illegible] vel [illegible] et [illegible] Lapides in domo alterius
Quando quis possit se ad alium defendere ad q[uod] [illegible] liceat [illegible] [illegible] sanguinolentum [illegible] clamantis
De pena offendentis potestatem vel vicarium seu officialem
De pena offendentis advocatum vel [illegible] seu scriptorem [illegible] seu officialem [illegible] citra mortem — Car. 23

De pena homicidij comissi p magnatem in ppularem et p ppulari in magnate — car. 24
De pena magnatis occidentis magnatem et ppularis ppularem
De pena occidentis aliquem alia dolo vel lata culpa
De pena invadentis vel offendentis aliquem ad domum prope sue habitationis sive appotem ipsius occisi vel offensi — car. 25
De pena intrantium domum alterius et q liceat dno domus intrante certis modis offendere sine pena
De pena inferentis alicui violentiam expulsivam et expulsiva
De pena inferentis alicui violentiam turbativa vel inquietativa et q accusatus de huiusmodi mallo non teneatur dare fideiussiones
De pena inferentis alicui violentiam in mobilibus vel se moventi
De pena intrantis tenuta data cum eo — car. 26
De pena euntis p rem alterius post prohibitionem sibi factam
De pena prohibentis vel minantis rem laborari vel alia qua offerri occas laborityj vel alicui alienationis et d mo pbandi
De pena corrumpentis sive corrumpere attentantis carnaliter aliqa honestam mulierem et q in hoc casu magnates magis puniantur et rapientis tale mulierem maiorem vel aliter fuit imponit — car. 27
De pena blasfemantis deum vel beatam virginem vel sanctos
De pena iurantis p corpus vel alia membra dei vel sco vel sca eius vel eius virginis
De pena reppertis iniuria offensionis vel cremationis personaliter et d mo pbationis
De pena euellentis terminum et ppt terminum [illegible] formam — car. 28
De [illegible]
[illegible]
De pena [illegible] instrumenti [illegible]
De pena [illegible]
De pena portantis arma [illegible] forensibus p hospitatores [illegible] — car.
De pena lusor et assistentium [illegible] ipsum mulierum
De obligationibus contractum occasione [illegible] et de pena notarij huiusmodi instr [illegible]
De no [illegible] inquisitione [illegible]
De pena euntis post [illegible] si qui possint impune [illegible] — car. 30
De pena occidentis [illegible] alterius [illegible]
De pena capientis columbos
Laboratores terrarum teneantur observare [illegible]
De pena filij molestantis patrem

De officio [illegible]

De pena dampni dati in bonis sive [illegible] de forentium [illegible] pertinentibus
De carnibus [illegible]
De pena incidendi arbores domesticas in possessione alterius
De pena [illegible]
De pena dampni datis in [illegible] locorum [illegible]
De emendatione fienda hominibus [illegible] passis in [illegible] et d mo pbandi
In quibus locis liceat occidere porcos dampnum dantes et de pena dampni dati [illegible] seu aliorum patronorum vel aliorum [illegible]
De pena [illegible]
De pena [illegible]
De pena dampni dati [illegible]
De [illegible]

[illegible] d[illegible]

[illegible] pignor[illegible] [illegible] prorogatio

[illegible]

[illegible] [illegible] pro a[illegible] coni[illegible] guari[illegible]

[illegible] inter [illegible] creditores et ab ipsis

[illegible] et [illegible] [illegible] ab ipsis principalib[us]

[illegible] et [illegible] indices

De [illegible]

De [illegible] edifica[illegible]

De [illegible] inter domos

[illegible]

Q[uod] [illegible] aliquid [illegible] muro

alterius

[illegible] in aliquo muro alterius

[illegible] supra aliquid

[illegible] [illegible]

[illegible] ne [illegible]

persone [illegible]

[illegible]

De [illegible]

[illegible]

[illegible] districtus

[illegible] via [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] via publica

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] persone [illegible]

De pena d[illegible] [illegible] sonam

De arbitrio [illegible] cum [illegible]

Quat[enus] procedant [illegible] de [illegible]

publicum [illegible] [illegible]

De promissio[ne] [illegible] [illegible] que

[illegible] [illegible]

Quod [illegible] habent [illegible]

[illegible] et de pena [illegible]

Addicio [illegible] de [illegible] [illegible] suprascripte

[illegible] non [illegible]

De [illegible] [illegible] vicarii

De sindicatu potestatis [illegible]

S[illegible] et [illegible]

[illegible]

D[illegible]

[illegible]

De [illegible]

De ordine Iudiciorum . et salario soluen[d] co[mmun]i Masse



N NOMINI DOMINI AMIN I n primus S tatuimus et ordinamus q[uod] quicumq[ue]
super aliqua lite uel causa aut questione in qua salarium castri masse solui debeat per
formam alicuius capituli statutorum dicti castri aliquem conuenire uoluerit petitionem suam
porrigat in inscriptis Camerario camere dicti castri in qua quidem petitione inserat et expri-
mat ueram et certam summam pecunie siue iustam estimationem rei quam petere intendit et
eidem camerario soluat nomine salarij pro dicto castro et communi masse totum et quicquid
per formam alicuius capituli aliquorum statutorum debetur quod salarium idem camerarius
statim scribi faciat in libro dicte camere per suum notarium: ac etiam super ipsa petitione et de-
inde talis petitio ex parte dicti camerarij per publicum bayulum dicti castri mittatur ad uica-
rium seu potestatem de tali causa cognitorem: et per notarium dicti vicarij statim nomen ipsius
bayuli ipsam petitionem deferentis in actis scribere teneatur et deinde idem uicarius uisis pre-
dictis seu etiam si in alia causa in qua per formam alicuius capituli statutorum dicti castri sala-
rium aliquod dicto castro uel communi solui non deberet fuerit coram eo porrecta petitio si
quidem in tali petitione aliquid petatur in qua pure et efficaciter quarantitia Locum non
habeat citari faciat reum contra quem talis petitio porrigetur saltem bis ut coram dicto ui-
cario compareat recepturus copiam ipsius petitionis terminum ad respondendum seu contradicen-

dum. eidem Cui reo si quidem comparuerit in altero de dictis terminis et coram eo in iudi
cio confessus fuerit se debitorem cause iuxta formam petitionis predicte precipiat ipse uicarius
quatenus infra decem dies ex tunc proxime secuturos ipsam pecuniam siue rem petitam cum
omnibus expensis factis per eundem actorem in ipsam causam seu eius occasione eidem
soluat det et restituat ipsa die dicti facti precepti in dicto termino decem dierum minime
computata ¶ Quod si talis debitor infra dictos decem dies dictam solutionem et restitutionem
non fecerit iuxta formam dicti precepti teneatur idem uicarius ad petitionem et uolunta
tem ipsius creditoris eidem dari facere in tenutam de bonis talis sui debitoris uidelicet de
mobilibus uel se mouentibus usque in duplum ¶ Et de stabilibus usque in triplum ipsius quantitatis
uel iuste extimationis ipsius rei in dicta petitione contente et expensarum dicta de causa
factarum ¶ Et nihilominus tam ipse reus principalis quam etiam fideiussor ad petitionem et
uoluntatem talis creditoris per ipsum uicarium ad solutionem ipsius debiti realiter et per
sonaliter cogi possint et debeant omnibus iuris remediis oportunis prout per formam sta
tutorum dicti comunis permittitur ac diebus omnibus tam feriatis quam etiam non feriatis
illis dumtaxat exceptis qui ad honorem dei fuerint feriati ¶ Si uero talis conuentus
negauerit possit et debeat ipse uicarius ipsam questionem si fuerit uiginti solidorum
uel ab inde infra que non pendeat a maiori summa uel annualem prestationem contine
at uel a maiori quantitate uiginti solidorum seu rei ultra ualenti preiudicium non
generet iuramento ipsius actoris uel rei prout ipsi uicario uisum fuerit etiam lite non
contestata decidere ¶ Si uero ipsa summa petita siue ipsius rei extimatio dictam sum
mam uiginti solidorum excederet que tamen non transgrediatur summam quatraginta
solidorum eo casu idem uicarius similiter iuramento actoris uel rei cum uno teste causam ipsam
etiam lite non contestata decidere teneatur ¶ Preterea uolumus quod post responsionem ipsius
conuenti etiam ante litem contestatam si reus uel actor ius iurandi suo detulerit aduersario
teneatur is cui defertur iurare uel iuramentum referre et ad hoc per iudicem ipsius cause
penitus compellatur omnibus iuris remediis oportunis quantacumque uel qualiscumque qua
titas siue res in ipsa petitione contineatur quod tamen locum habeat quando tractatur
de proprio facto illius cui ipsum iuramentum defertur uel refertur per alteram par
tem ¶ In aliis uero casibus faciat uicarius ab utraque parte litem contestari super ipsa pe
titione nisi per formam alicuius capituli statutorum predictorum seu per formam iuris
comunis in tali causa lix contestanda non esset nec non ab utraque parte prestari faciat
calumnie iuramentum. Et que supradicta sunt in reo totum confitente uel negante
quoad totum ipsum confessatum uel negatum est locum habeant etiam si idem reus partem
confessus fuerit partem negauerit tam quantum ad ipsam partem confessatam
quam etiam quantum ad ipsam partem negatam ¶ Verum si reus non uenerit in
aliquo de dictis terminis per baiulum dicti uicarii assignatis ut ueniat recepturus
copiam ipsius petitionis et terminum ad respondendum seu contradicendum eidem
petitioni ut supra dictum est detur tenuta contra eum actori de rebus mobilibus
uel se mouentibus usque in duplum de stabilibus usque in triplum summe seu iuste
extimationis ipsius rei in dicta petitione contente Dummodo talis reus ante qua
contra eum ad dictam tenutam procedatur citatus fuerit saltim semel perso
naliter uel bis et peremptorie domi sue habitationis cum interuallo ad minus uni
us diei siue duorum dierum ad plus inter unam citationem ad alteram arbitrio
iudicis ipsius cause ipsa die citationis in ipso termino minime computata Ita
tamen quod nullus baiulus pro dicta tenuta danda intret in aliquam cameram
nec aliquid accipiat contra formam statutorum dicti comunis et si contrafac

tum fuerit talis tenuta ipso iure sit nulla Et nihilominus bayulus contrafaciens vice qua
libet puniatur secundum formam dicti statuti decem sol et insup talis res contra dictam pro
bationem in tenutam accepta de facto ipsi reo a quo accepta fuerit restitui debeat sine mora
et ad ipsam sic restituendam iudex ipsius cause cogat ipsum actorem omnibus iuris remedijs opor
tunis ad petitionem et voluntatem ipsius rei ¶ Verum si reus postmodum venerit infra mensem
a die dicte date tenute et scientie ipsius conuenti in antea computandum et idonee ipsi acto
ri satis dederit de iudicio sisti et iudicato soluendo ac eidem refecerit omnes expensas per ip
sum in tali causa factas eo casu talis tenuta restitui debeat ipsi reo cum fructibus
ipso actori ab inde perceptis. Tenuta uero data propter contumaciam rei in actione reali
recuperari possit infra duos menses continuos post ipsam tenutam datam et scientiam
dicti rei contra quem data fuerit in antea computandos. ¶ Hoc intellecto quod talis contra
quem data fuerit non presumatur scire nisi fuerit eidem personaliter notificatum vel
saltim apud domum sue habitationis ipsa notificatio facta sit per publicum bayulum
dicti communis presente parente aliquo de sua familia maiore quatuordecim annis
et sane mentis vel nisi aliter legitime facta fuerit Elapsis uero dictis terminis si
quidem dicta tenuta data fuerit de re mobili uel se mouenti de licentia vicarij ipsius
cause et de ipso debito ipsi uicario fuerit facta fides que fieri possit in hoc casu
etiam lite non contestata etiam ipso reo absente citato tamen ad instantiam ipsius ac
toris saltim semel personaliter uel bis ad domum sue habitationis iterum citari
debeat idem reus ut ipsam tenutam recolligat infra quindecim dies ex tunc proxi
me secuturos quo termino dictorum quindecim dierum elapso dicta tenuta vendi
possit ad voluntatem dicti creditoris de licentia tamen dicti uicarij Quam licentiam
ipse uicarius ad ipsius creditoris postulationem eidem concedere penitus teneatur
Ceterum si contra contumacem secunda vice data fuerit tenuta per curiam ex
commissione prime eo casu ipse reus ipsam recuperare dicto modo non possit nisi
postquam ipsa causa cognita fuerit et finita Et nihilominus ipse uicarius teneatur
procedere in ipsam causam et causam per sententiam diffinire ad petitionem cuiuslibet
partis prout iustitia suadebit Insuper teneatur idem vicarius ad petitionem actoris non
obstante concessione tenute omnibus iuris remedijs oportunis cogere ipsum reum ad respon
dendum petitioni contra eum porrecte ¶ Preterea volumus quod quicumque petierit debitum
per vicarium declarari requisito reo per publicum bayulum dicti communis semel persona
liter vel saltem bis ad domum solite habitationis ad certum terminum arbitrio ipsius ui
carij statuendum vicarius ipse possit et debeat facta sibi fide per testes idoneos seu per publicum
instrumentum vel prothocollum siue rogitum factum et scriptum de tali debito pronuntiare
ipsum debitum fore clarum non obstante quod lix non fuerit in ipsa causa contestata neque
prestitum fuerit calumpnie iuramentum Et postmodum elapsis decem diebus a die dicti de
biti declarati ipsa die declarationis in dicto termino minime computata idem vicarius
possit et debeat cogere ipsum debitorem ad soluendum ipsum debitum tali suo creditori
ad petitionem eiusdem salua ipsi debitori exceptione solutionis si eam opponere voluerit
quam quidem exceptionem ipse debitor opponere et probare possit et debeat infra quinde
cim dies utiles a die dicte declarationis facte in dicto termino minime computata Hoc etiam
intellecto quod dictam declarationem tunc demum talis debitoris scire presumatur postquam
ei notificatum fuerit personaliter vel saltim apud domum habitationis eiusdem presen
te aliqua persona de sua familia maiore quatuordecim annis et sane mentis per publi
cum bayulum dicti communis seu si aliter legitime facta fuerit Verum si ipse debitor

Tenuta de re mobili

instrumenta

15 dies post apellationis

detentus esset occasione debiti declarati teneatur ante q relaxetur de ipso debito satisdare idonee
ipsi suo creditori non obstante oppositione dicte exceptionis. Et q nullus vicarius sive officialis
tali debitori sive alicui alii pro alio debito detento ad petitionem sui creditoris licentiam dare
possit de palatio vel curia discedendi absq licentia talis sui creditoris et q quilib bayulus
cui preceptum esset a vicario de dando tenutam alicui possit et debeat eam dare tam diebus
non feriatis quam etiam feriatis:

De Salariis soluendis comuni Masse. R[ubri]ca .i.

Item statuimus et etiam ordinamus q quicumq alium conveniri voluerit in aliqua causa lite
vel questione antequam audiatur soluat et soluere teneatur camerario camere castri masse pro ipso
comuni recipienti duodecim denarios pro qualibet libra pecunie seu iuste estimationis rei in sua
petitione contente excepto q in causa divisionis in qua soluantur duo denarii pro libra vere esti
mationis talis rei. Et in causa mota occasione incendii sive guasti comissi seu q commissum
diceretur in aliqua re soluantur solum sex denarii pro qualibet libra estimationis inde facte
ab ipso litigante de tali re quam solutionem fieri volumus in hoc casu tempore sententie in dicta
causa ferende dummodo prius ipsi vicario de solutione predicta fuerit facta fides saltim per ali
quam cedulam scriptam manu notarii dicti camerarii seu ipsius camerarii bulla sigillata et
si prius vel aliter lata fuerit ipso iure sit nulla. In causis vero extraordinariis ac etiam in aliis
causis maleficiorum nullum salarium solui volumus dicto comuni, nec non in quibuscumq aliis
causis in quibus per formam alicuius capituli statutorum dicti comunis esset provisum q
nullum salarium ipsi comuni soluatur. Si qua vero familia vel aliqua singularis persona
se liberari petierit ab aliqua fidelitate vel vaxallagio soluere teneatur ipsi camerario pro dicto
comuni recipienti soldos viginti corton

De salario malicioso. R[ubri]ca .ii.

Item statuimus et ordinamus q si quis malitiose salarium soluerit in aliqua lite vel causa
ipsum salarium restitui non debeat. Et q tale salarium malitiose datum fuerit vel non reside
at in arbitrio vicarii de ipsa causa cognoscentis

De forma ~~citandi~~ citandi forenses et vagabundos in causis Civilibus R[ubri]ca .iii.

Item statuimus et ordinamus q massani vagabundi et omnes alii non habitantes in villis castri
masse quotiens opus fuerit eos citari in aliqua lite vel causa mera civili si quidem tunc
temporis in dicto castro vel villis personaliter non invenirentur possint et debeant citari per ba
yulum alta voce premissa in eo loco in quo olim fuerit solitum habitare si in ipso castro
solitus fuerit habitare si vero in ipsis villis hactenus habitare consueverat possit et debeat
in eo loco citari per publicum bayulum dicti comunis Ita tamen q saltim bis dicte citationes
fiant in quolibet casuum predictorum modo predicto diversis diebus cum intervallo ad minus
duorum dierum inter unam citationem et aliam:

Quibus horis officialis teneatur uenire ad banchum. R[ubri]ca .iiii.

Item statuimus q omnes et singuli vicarii castri masse teneantur et debeant vinculo iura
menti ad penas infrascriptas venire stare et morari ad eorum solitam bancam iuris qualibet
die que ad dei honorem non fuerit feriata per formam iuris comunis seu statutorum vel or
dinamentorum comunis masse videlicet statim post sonum campane dicti comunis. Et pre
dicti vicarius et officialis non debeant discedere a dicto banco iuris donec campana pre

dicta non pulsetur per bayuluz dicti comunis. Et q(uod) dictus vicarius dicti comunis apud
eius solitam bancam Iuris facere debeat horis et temporibus congruis bis qualibet die resi-
dentiam videlicet de mane hora tertiarum de sero vero immediate post vesperas que ad
honorem dei non fuerit feriata ut dictum est et ibi omnibus coram eo comparentibus benig-
nam audientiam exhibere sine acceptatione personarum: Et si predictus vicarius contrafece-
rit in predictis teneatur camerarius dicti comunis apud se retinere de suo salario dicti do-
mini vicarij solidos decem cortonenses, Nisi predictus vicarius habuerit legitimam causam
tunc temporis. Et q(uod) quatuor priores dicti castri teneantur predicta facere observare et
observari facere:

Q(uod) Civiles cause infra triginta dies utiles t(er)mi(n)e(n)tur et de modo excipiendi sup(er) exceptionib(us) procedendi. R(ubrica) ca. v.

Item statuimus q(uod) omnes vicarij comunis masse ad civilia deputati teneantur a die petitio-
nis coram eis vel aliquo eor(um) porrecte exclusive super quacumq(ue) causa vel lite civili in qua
debeat ordinare procedi facere litem contestari actore prosequente et petente seu reo infra quin-
tam diem utilem Et deinde a die dicte litis contestate exclusive infra triginta dies utiles causam
per sententiam terminare nisi steterit per utramq(ue) partem vel nisi de utriusq(ue) partis consensu
predictum tempus fuerit prorogatum Ita tamen q(uod) instantia talis cause propterea non pereat
usq(ue) ad biennium a die dicte litis contestate inantea numerandum Et vicarius qui fue-
rit negligens in predictis penam [illegible] librar(um) ipso facto incurrat Et nulla exceptio dilatoria
vel peremptoria vel alia cuiuscumq(ue) generis sit litis contestationem impediat vel retardet
nisi contra personam opponeretur que quidem infra dictum terminum quinq(ue) dierum utilium
propositam discuti et decidi debeat vel nisi etiam opponeretur solutionis vel rei iudicate ex-
ceptio quam ipse opponens infra prefatum terminum quinq(ue) dierum per instrumentum
publicum probare possit et debeat: ¶ Ceteras vero exceptiones ante litem contestatam oppositas
ac etiam replicatas sub hac forma admittant et recipiant ipsi vicarij videlicet si et in q(uan)tum
de iure sit admittend(e) et aliter vero non Salva in processu cause et post litem (con)testatam ear(um)
et cuiusq(ue) ear(um) virtute efficatia probatione et cognitione Et possint et debeant dicti vicarij
post litem contestatam de dictis exceptionibus et replicationibus et de ipsarum viribus cogno-
scere et sup(er) eis probationes recipere ac si esset talis exceptio sive replicatio que alias de iure
comuni ante litem contestatam probari: Teneantur etiam dicti vicarij omnes exceptiones
replicationes post litem contestatam oppositas recipere et admittere sub hac conditione
et forma videl(icet) si et in quantum de iure recipi et admitti deberent et aliter non:

De terminis dandis in causis Civilibus. R(ubrica) ca. vi. [illegible]

Item statuimus q(uod) in omnibus causis civilibus ubi lix contestanda est secundum formam
alicui(us) capituli statutorum comunis masse seu his cessantibus secundum censuram iu-
ris comunis detur terminus per vicarium coram quo fuerit ipsa utriq(ue) parti duodecim
dierum utilium et peremptorie post litem contestatam: inantea numerandos ipsa die conte-
stationis in dicto termino minime computata ad probandum in ipsa causa qui terminus
etiam si per ipsum vicarium statutus non fuerit nihilominus auctoritate et fictione pre-
sentis capituli habeatur pro datis et assignatis tam actori q(uam) reo et non possit minui dictus
terminus nisi de voluntate ipsar(um) ambarum partium exceptis causis [illegible] [illegible]
et causis in quibus secundum formam alicui(us) capituli statutorum dicti co(mun)is procedi potest
lite non contestata: in quibus detur terminus arbitrio vicarij de tali causa [illegible]
scentis:

Qualit(er) Ius reddatur inter massarios et forenses. R(ubrica) ca. vij.

Causa non pereat p(er) biennium

De obligationibus quibuscumque contractis inter forensem et massarios masse extra territorium
dicti castri illud ius fiat ipsi forensi ciuiliter agendo seu petendo per officiales comunis
masse contra talem massarium seu massarios aut nobiles dicti castri masse quod fieret
in ciuitate uel terra talis forensis alicui massario ibi ciuiliter agentem contra ipsum mas
sarium dicti castri vel terrigenam in consimili causa seu casu. De massariis uero ac villena
tibus dicti castri masse atque forensibus qui per quinquennium continuum moram traxerint fa
miliariter in dicto castro uel villa aut villis et ibi tanquam alii qui in dictis villis habitant
et ut massarii dicti castri masse onera publica substinuerint illud ius fiat contra alios
forenses quod fit de massario ad massarium castri masse. Ita tamen quod si talis forensis con
uentus non possideret inmobilia nec esset soluendo in dicto castro masse uel villis siue quod
suspicaretur de eius fuga creditor castri masse possit possit talem debitorem forensem
personaliter detinere facta prius per talem creditorem aliquali fide officiali coram quo age
retur de debito quod ipse tunc peteret a tali forense postquam fuerit captus et detentus in con
tinenti nullis obstantibus feriis etiam sollempnitatibus breuiter sumarie et de plano sine
strepitu et figura iudicii causam ipsam expediat talis officialis prout iustitia suadebit
et si infra terminum breuem per ipsum officialem postea statuendum ipsi creditori mas
se de ipso debito non constabit ipsi officiali legitime relaxetur talis detentus cui in
ipso instanti talem actorem compellat dictus officialis ad refectionem omnium expensa
rum et damnorum que et quas passas fuerit talis forensis occasione detentionis
predicte. Si uero de tali debito modo predicto constiterit detineatur ad uoluntate
talis sui creditoris usque ad integram satisdationem talis debiti et etiam expensarum
dicta causa factarum per creditorem eundem. Forensibus uero habitantibus et qui
habitauerint ut predicitur per quinquennium in castro masse vel in eius villis et ibi
tanquam alii massarii vel villarii dicti castri onera publica substinuerint tam
agentibus quam pulsantibus contra aliquem massarium uel a massario dicti castri seu
contra aliquem villarium vel aliquo dicti castri illud ius fiat quod fit aliis massariis
et ipsis hominibus villarum masse inter se ipsos vicissim. Et quod vicarius castri masse
qui inde fuerit requisitus teneatur et debeat pro posse iuuare quemlibet massarium
masse oblicentum pro aliquo forensi uel aliqua vniuersitate extra territorium masse
qui aliquod deberet recipere quacumque ratione uel causa tam in litteris et ambassiatoribus
sibi concedendis quam etiam aliis modis omnibus quibus poterit expensis tamen petentis
et ipse massarius masse a tali obligato consequetur indemnis et quod sibi a tali forense
siue vniuersitate de eo quod sibi ab eo vel ab ea debetur integraliter satisfiat

In tette ciuile commit(?) / sed a pena dat(?) et

De suspecto ad fugitiuo

De modo procedendi contra forensis

Qualiter et quando testes instia(?) et alii prouocantur recipiantur et examinantur. Rubrica. viii.

Item statuimus et ordinamus quod vicarii castri masse teneantur quotiens opportu
num fuerit et iustitia suadebit cogere iuris remediis oportunis testes ad ferren
dum testimonium ueritatis in causis vertentibus coram eis. Et liceat utrique post publi
cationem testium producere instrumenta usque ad sententiam. Curent etiam ipsi ui
carii testes per se ipsos examinare uel ita agere ut alicui uel aliquibus expertis
seu expertis notariis uel expertis hominibus litteram scientibus dicti castri masse
aut villarum ipsis partibus uel earum alteri non suspecto siue suspectis ipsorum testium

examinatio committatur quibuscumque per ipsas partes siue per alteram ipsarum id ab eis fue-
rit postulatum. Et si talis vicarius contrafecerit puniatur inde qualibet in solidis quinque Et si
predicti notarii et homines non essent examinentur per dictum vicarium, Et quod notarii circa
rum dicta et attestationes testium et quaslibet negationes confessiones responsiones factas
super quibuscumque positionibus siue negationibus et interrogationibus diligenter et fideliter
scribere teneantur et ipsas attestationes nemini propalare ante quam fuerint per vicarium pu
blicate Et quod quando visum fuerit vicario expedire ire debeant dicti notarii ad examinandum
in villis masse testes productos de ipsis villis expensis producentis oportunis in cibo et
potu et equitatura Et quod testes qui producerentur in ciuilibus causis iurare debeant
infra terminum datum partibus ad probandum nisi steterit per vicarium ipsius cau
se siue per eius notarium Et quatenus infra ipsum terminum probationis testes non
fuerint examinati nihilominus postea examinentur dummodo infra terminum
probationis iurauerint quo casu valeant eorum attestationes ac si infra ipsum terminum
probationis examinati fuissent Ita tamen quod ipsa examinatio fiat infra terminum assi
gnatum ad audiendum eos deponere si quis ad id fuerit per vicarium ipsius cause
assignatus Et quod dicta testium in quacumque causa ciuili etiam si coram arbitris et
arbitratoribus essent producta pure et simpliciter prout ipsi testes verba protule
runt scribi debeant per notarium deputatum ad ipsas attestationes scribendas Et
semper testis interrogetur de causa sue scientie super testificatis per eum in quolibet
casu in quo expediens fuerit et si secus fuerit et causa fuerit ciuilis dictum
talis testis ipso iure sit nullum Sed examinari ex integro debeat expensis pri
mi examinatoris non obstante publicatione ipsarum attestationum seu quod ter
minus probationis ac etiam depositionis ipsorum testium fuisset elapsus Et
quod testes nunquam examinentur secundum interrogatorium assignatum ab aliqua
partium nisi primo ipsum interrogatorium fuerit correptum a vicario coram
quo ipsa causa verteretur quo casu in ipsa examinatione procedatur iuxta correptionem
de eo factam Et si aliter examinati fuerint talis examinatio ipso iure sit nulla Et ex
integro per eundem examinatorem suis sumptibus examinentur iuxta formam predictam
non obstante publicatione ipsarum attestationum seu lapsu termini probationis et depo
sitionis ipsorum testium Testes vero qui producti fuerint publicari non possint nisi elapso
termino probationis alteri partium statuto et examinatis eius testibus seu elapso ter
mino depositionis eorum Positiones quascumque atque articulos recipiat dictus vicarius
sub conditione ac forma videlicet salvo iure impertinentium et non admittendarum
siue non admittendorum etc Quibus si respondeatur habeatur pro non confesso responso
Et deinde super ipsis procedatur ut pars respondeat ipsis positionibus et testes super ipsis
si opus fuerit examinentur Ita tamen quod reseruatum et saluum sit et esse intelliga
tur omne suum ius alteri parti in processu ipsius cause ita quod producenti non prosit
et alteri parti non obsint si de iure tales articuli siue positiones admittendi siue
admittende non fuerant Dummodo si pars ponens vel articulans petierit ante respon
sionem alterius partis siue ante iuramenta testium declarari verum ipse positiones siue
ipsi articuli sint admittendi siue admittende de iure vel non Idem vicarius teneatur
predicta ante quam procedatur ulterius sua interlocutoria sententia declarare

Quod termini non currant post assignationem librorum. R. xi. viij.

Item statuimus quod a die qua dominus vicarius castri masse assignaverit in comuni more solito sue curie libros inclusive tempora dilationis et termini tam in civilibus quam in criminalibus causis vertentibus in curia ipsius domini vicarij qui ipsos libros assignaverit ut dictum est non currant usque ad quintam diem integram a die introitus officij sui successoris ipsa die introitus computata in dicto termino dierum quinque sed usque tunc sint et remaneant in eo statu in quo erant tempore assignationis predicte et post dictam assignationem librorum liceat cuilibet dicenti se gravatum a statuto comunis masse permissis possit totaliter appellare.

De advocatis et procuratoribus dandis civilibus causis et maxime miserabilibus personis. Rubrica ca. x.

Item statuimus quod vicarius castri masse teneatur et debeat dare advocatum et procuratorem parti petenti suis expensis tam in civilibus quam in criminalibus causis

De pena recusantis (?) negandis advocationem vel procurationem nisi in certis casibus. Rubrica ca. xi.

Item statuimus quod quilibet advocatus et procurator teneantur et debeant cuicumque petenti suum patrocinium exhibere prout iustitia suadebit quotiens fuerit requisitus contra quamcumque personam constituto tamen sibi prius salario competenti. Contrafaciens si advocatus fuerit in quindecim libris si vero procurator in decem libris vice qualibet puniatur nisi idem advocatus vel procurator prius in eadem causa fuisset conductus ab adversa parte petentis. Vel si talis petens causaretur cum aliquo inimico seu consanguineo sive affine ipsius advocati vel procuratoris usque in tertium gradum inclusive vel nisi aliam legitimam excusationem haberet

De diebus feriatis. Rubrica ca. xii.

Cum iudicialis ordo conquiescere diebus debeat feriatis et ne vicarij nostri dierum utilium et feriatorum ignorantiam pretendere valeant ad honorem et reverentiam omnipotentis dei et beatissime virginis marie sue genetricis ac gloriosissimi martiris et confessoris beati felicis huius castri protectoris et aliorum sanctorum et sanctarum dei providimus statuentes in causis civilibus tam principalibus quam appellationibus que agerentur in curia castri masse. Infrascriptas festivitates ab omnibus pro ferijs et feriatis diebus ad honorem dei inviolabiliter observari videlicet. Reverendum diem nativitatis domini nostri iesu christi cum septem diebus inmediate precedentibus et septem subsequentibus. Item primis de mense Ianuarij diem circumcisionis diem festi apparitionis stelle sive epiphanie cum duobus diebus sequentibus. Diem beati felicis diem conversionis sancti pauli diem festivitatis sancti antonij. De mense februarij diem purificationis virginis marie diem sancti blaxij cathedre sancti petri sancti mathie apostoli. De mense martij sancti gregorij reverendum diem annuntiationis beate marie virginis diem pascatis resurrectionis domini nostri iesu christi cum septem diebus sequentibus et precedentibus quod quidem pascha quandoque celebratur de mense martij et quandoque de mense aprilis sancti marci evangeliste. De mense maij dies festivitatis philippi et iacobi sancte crucis sancti iohannis sancti michaelis arcangeli diem ascensionis domini diem pascatis pentecostes cum duobus diebus sequentibus quod quidem pascha et festum ascensionis qua

doque celebratur de mense maii et quandoque de mense iunii. De mense iunii diem beati
barnabe apostoli. Diem reverende nativitatis beati iohannis baptiste. Diem festivitatum sa
ncti iohannis et pauli. Diem sancti antonii. Diem beati confessoris sancti fortunati. De
mense iulii diem sancte margarite sancte marie magdalene sanctorum iacobi apostoli
et christofori. De mense augusti dies festivitatis sancti petri in vinculis sancti dominici
sancti laurentii reverendum diem assumptionis beate marie virginis sancti bartholomei
sancti augustini diem decollationis sancti iohannis baptiste. De mense septembris die
festivitatis sanctorum egidii et fidentii diem nativitatis beate virginis gloriose diem sancte
crucis diem sancti mathei apostoli et evangeliste diem archangelorum. De mense octobris
diem beati francisci sancti luce evangeliste diem sanctorum simonis et iude. De
mense novembris diem festivitatis omnium sanctorum cum die sequenti diem sancti leo
nardi sanctorum salvatoris et theodori diem sanctorum martini episcopi et martini pape
diem apostolorum petri et pauli que est octava sancti martini diem sancte caterine diem
sancte luminate diem sancti andree apostoli. De mense decembris diem sancti nicolai
diem sancte lucie et primum maioris quatragesime. Decernentes omnes dies quatragesi
males ac dies sabatorum in quibus dicte festivitates non celebrantur causis
utiles tota die. Item diem lune et diem martis carnisprivii in dictis civilibus causis feria
tos esse censemus. Insuper volumus quod quandocumque consilium comunis castri masse celebrabitur
si quidem de mane fiet aliquod ipsorum consiliorum media ipsius diei sit feriata vide
licet a mane usque ad mediam diem. Si vero post nonas simili modo media ipsius diei sit
feriata videlicet a media die usque ad sero in omnibus causis et litibus civilibus. Ceteri
etiam alii dies quibus vicarii curie non venirent ad bancum iuris more solito reddi
turi habeantur et modo simili feriati videlicet in illis causis que agitarentur coram tali
vicario ad bancum non veniente. Ob requiem vero sive utilitatem hominum pro mes
sibus et vindemiis has duximus ferias inducendas videlicet a die reverendi festi beati
iohannis baptiste qui est de mense iunii usque ad diem in quo fiet proposita pro vindemiis
sint ferie pro messibus. Et a die quo incipientur vindemie secundum deliberationem
et provisionem que de eis fieret usque ad unum mensem ex tunc proxime secuturum pro
vindemiis ferie sint et cause intelligantur in dictis. In criminalibus autem causis tam me
ris quam mistis procedatur et procedi possit omni tempore etiam dictis diebus et temporibus
feriatis non obstante aliquo iure quod in contrarium loqueretur. Et opponentem vel
allegantem in contrarium nullus rector sive officialis audiat sive audire possit vel
debeat quoquomodo:

De celebratione dierum veneris mensis martii. R[ubrica] ca. xm.

AD honorem et reverentiam sacratissime passionis domini nostri yesu christi redemp
toris humani generis et ad hoc ut omnes nobiles ac massarii et villani castri masse co
modius dicte sacratissime passionis cum omni reverentia et devotione memoriam ha
beant et ut ipse dominus noster yesus christus sua clementia populo et comuni masse
perpetuam pacem et tranquillitatem concedat presenti lege statuimus quod omnes dies vene
ris mensis martii tam in castro masse quam in villis debeant perpetuo cum summa reverentia
ac devotione per omnes personas eiusdem castri et villarum et in ipso castro seu villis
habitantes custodiri et celebrari tamquam dies dominicales et quod habeantur et haberi de
beant pro feriatis diebus ad honorem dei inductis. Et quod ipsis diebus vel aliquo ipsorum

nullum laboritium vel exercitium alicui' artis fiat vel fieri debeat in castro uel in villis
predictis per quancumque personam Et si quis contrafecerit penā soll' quinque den' cortonen' pro
die quolibet ipso facto incurrat Que pena eidem de facto auferri debeat et camere
comunis masse applicari Et q' predicta quolibet anno de mense februarij saltem bis di
uersis diebus vicarij dicti castri masse publice banniri facere teneantur per publicum
bayulum dicti castri per ipsum castrum in locis consuetis seruato artificio p. p. et q. ...

Q' vicarij teneant' scribi facere per notariū suum u' p' ipm acta Curialia. R(ubric)a. xiiij.

Item statuimus q' vicarij castri masse teneantur facere scribere libellos, iuramenta calu
mie confessiones negationes positiones et sententias et alia acta in causis occurrentia
in quaternis seu libris sue curie per notarium ei concessum aut per ipsum vicarium sine
aliquo salario uel mercede Et q' notarius aut vicarius teneantur dare dictas scripturas
cuicumque petenti ad quem pertinet ad exemplandum nec recipiant aliquam mercedem
a petentibus ipsas

Q' prior creditor potior sit in iur' et q' vic' appellat' reiciat' sumarie estimant' cuersum eeb' credit'. R(ubric)a. xv.

Si plures creditores eiusdem tituli uel etiam diuersorum auctoritate curie castri masse
tenutam rei sui debitoris ostenderit, et de ipsa re seu tenuta apprehensa esset controuer
sia inter eos vicarius coram quo talis lix seu controuersia verteretur receptis instru
mentis et iuribus partium veritatem examinet et declaret infra tertiam diem
a die petitionis porrecte seu controuersie mote ipsa die petitionis seu mote controuer
sie in dicto termino minime computata Et quem inuenerit cause potiorem et pri
orem de iure pro illo pronumptiet et declaret alteri sub comminatione pene centum
solidorum perpetuum silentium imponendo quam penam ad requisitionem iuris
habentis ipsi contemptori infringat si rursus de iure uel de facto controuersiam
itcrauerit Et quod declaratum et pronumptiatum fuerit per ipsum vicarium robur
optineat omni in hoc articulo appellatione remota que si interponeretur huius sta
tuti fictione frustratoria censeatur et eidem nullatenus deferatur Quin immo
talis appellator in centum solidis cortonensibus condemnetur Ceterum si secun
dus creditor desiderit estimationem fieri de re uel rebus capta seu captis per credi
torem priorem estimans eam uel eas plus valere quam recipere prior creditor de
beat Inde tum dictum priorem q' posteriorem creditorem vicarius compellere
debeat ad eligendum duos homines habentes possessiones magis prope talem rem
seu tales res videlicet unum pro quolibet eorum qui sic electi infra duos dies
proxime subsequentes post electionem predictam ipsa die dicte electionis in dic
to termino dictorum duorum dierum non computata talem rem seu tales res
estiment ac estimare per ipsum vicarium compellantur Et si ipsa estimatio
excederet debitum prioris creditoris quod plus esset detur creditori secundo seu
potiori post primum Et predicta omnia expediantur breuiter summarie et
de plano sine strepitu et figura iudicij et sine solutione salarij amotis omni
bus cauillationibus et subterfugijs Et iuris medulla ac rei ueritate dumtaxat
inspecta

De confessionibus factis extra Iudicium. Rubrica. xvi.

Confessio extra iudicium

Item statuimus quod si debitor confessus fuerit extra iudicium se fore in aliquo alteri obligatum cum adiectione expressionis certe rei et determinate et cause possit et debeat ex tali sua confessione conveniri non obstante quod ille talis cui se taliter dixerit et confessus fuerat obligatum fore presens non fuerat confessioni predicte Et e contra si quis confessus fuerit se sibi debitum a certa et determinata persona recepisse cum adiectione et expressione certe et determinate rei et cause in eo petendo de cetero minime audiatur dicti sui debitoris absentia non obstante Sed proinde in quolibet dictorum casuum valeat talis confessio ac si altera parte presente facta fuisset.

De testibus ad perpetuam rei memoriam examinandis et publicandis. Rubrica. xvii.

[illegible] ad perpetuam rei memoriam

Item si quis testes idoneos producere voluerit ad perpetuam rei memoriam ad probationem alicuius contractus sive distractus vel obligationis quod cuiuscumque sive donationis inter vivos vel causa mortis sive testamenti vel cuiuslibet ultime voluntatis vicarius curie Castri masse tam diebus iuridicis quam etiam feriatis illis dumtaxat exceptis qui ad honorem dei fuerunt feriati faciat eos iurare ipsosque examinet ac eorum dicta scribi faciat per suum Notarium aut per ipsum in actis sive libris castri masse Et deinde ipsos testes et eorum attestationes publicet non obstante quod lis non fuerit contestata vel de calumnia iuratum Dummodo hij quorum interesset prius citati fuerint personaliter vel ad domum eorum solite habitationis ad actus quoslibet oportunos quibus sic peractis eorum dicta valeant et teneant in futurum Et predicta dictus vicarius fieri facere teneatur infra unum mensem postquam de predictis coram eo fuerit porrecta intentio si producens voluerit.

De modo probandi parentelam et his similia. Rubrica. xviii.

Item statuimus quod quandocumque oportunitas incurrerit in quacumque causa civili vel criminali mera vel mixta ordinaria vel extraordinaria que esset coram quocumque vicario sive officiali communis masse vel etiam coram arbitris vel arbitratoribus ante vel post litis contestationem probatio parentele affinitatis matrimonii filiationis mortis vel vite et aliorum huiusmodi fiat et fieri faciat coram quocumque vicario vel officiali arbitro vel arbitratore in quacumque parte iudicii et sufficiat in predictis casibus et quolibet eorum probatio trium testium iuratorum deponentium quod de notis vicinis talium personarum creditur et estimatur ita verum fore Et talis probatio plenam optineat firmitatem aliquo iure canonico vel civili seu statuto aliquo communis masse loquente in contrarium non obstante.

Quod habentes tenutas auctoritate curie defendantur et qui vicarij teneantur extramictere. Rubrica. xviiii.

Item quod omnes tenutas per curiam castri masse vicarij defendere teneantur omni fraude cessante et hoc locum habeat tam in futuris quam in preteritis non dum sopitis ita tamen quod concessio alicuius tenute non obsit alicui tertie persone contra quam ipsam tenutam datam vel concessam non fuerit habenti ius in ipsa re vel possidenti ante ipsam litem motam talem rem de qua esset data vel concessa ipsa tenuta sed obsit et obesse possit et tamen contra quem ipsa tenuta data vel concessa fuerit Et vicarius qui ipsam tenutam dederit vel concesserit seu dari vel

concedi preceperit cum cassare, irritare et extramictere teneatur ad petitionem talis possessoris seu in ea ius habentis, nisi ille cui data sive concessa sit ipsa tenuta voluerit probare tunc illius causam contra quem ipsa tenuta data sive concessa fuisset. Et q in dicta causa procedatur breviter, summarie et de plano ac sine strepitu et figura iudicii tam diebus utilibus q etiam feriatis, exceptis illis tantum qui in honorem dei per formam iuris sive statutorum fuerint feriati.

De sumptibus factis in bestiis alicuius in acomenditam sive sub pignore vel in tenutam concessis et de aliis ad dictam materiam pertinentibus. Rubrica. ca. xx.

Possit camerarius camere communis Masse pro quolibet equo sibi recomendato per curiam Masse pro tenuta vel pignore recipere et exigere pro annona et expensis talis equi et pro quolibet die decem et octo denarios, et pro asina sex denarios, pro porco vel bove quatuor denarios, et pro quolibet grege seu matta bestiarum caprinarum seu pecudinarum duodecim denarios. Et tantundem possint habere illi qui tales bestias pignoratas tenent sive date fuerint in tenutam per curiam castri Masse. Et si debitor contra quem aliqua de talibus bestiis concessa esset taliter eam non recolligeret infra octo dies a die talis pignorationis sive concessionis tenute in antea computandos, eo casu liceat ei cui tales bestie taliter concesse fuerint ipsis bestiis uti comode et decenter, dummodo talis creditor debeat aliquid ex earum usu in expensis talium bestiarum compensare. Preterea volumus q si aliqua de talibus bestiis apud eum cui taliter recomendata, pignorata vel concessa fuerit absque ipsius dolo vel culpa perierit vel deterioraretur sive magagnaretur, tale periculum sive deterioramentum spectet ad debitorem et non ad damnum talis creditoris sive dicti camerarii vel alterius apud quem taliter perisset seu deteriorata esset.

salario

Quod petentes dotes et legata intelligantur sine salario et de modo procedendi in ipsis petitionibus. Rubrica. ca. xxi.

Item statuimus q vicarii castri Masse teneantur defendere et manutenere mulieres nuptas et viduas in suis dotibus et in his que a viris in suis testamentis sive aliis ultimis voluntatibus relicta fuissent, sive q suis filiis vel alia persona molestarentur in predictis vel aliquo predictorum. Et q tales mulieres audiantur sine salario in repetendis suis dotibus et melioramento monete ipsarum dotium. Et q vir qui pro sua uxore dotis promissionem ab aliqua persona receperit et quilibet alius qui huiusmodi promissionem receperit in his dotibus petendis exigendis similiter sine salario audiantur. Et q vicarius coram quo de melioramento monete ipsarum dotium questio verteretur teneatur et debeat dictam questionem ad petitionem cuiuslibet partium consulibus pannorum, mercatorum novorum de lana castri Masse committere, qui consules per eorum iuramenta prius ab eis super predictis corporaliter prestanda dicere, exprimere et declarare teneantur quanta fuerit maior bonitas sive maius melioramentum eiusmodi monete tempore solutionis facte de tali dote q eius q que tempore ipsius mote litis expendebatur in castro predicto. Et secundum ipsorum omnium seu maioris partis ipsorum declarationem et dictum, que et quod in casu predicto pro plena et legitima probatione habeatur, tale iuramentum integraliter solui et restitui debeat cum dote predicta. Que locum habeant tam in dotibus in futurum constituendis q etiam in iam constitutis que nondum fuerint restitute, et tam soluto matrimonio q eo durante, in quolibet casu in quo secundum formam iuris seu statutorum communis Masse locus esset restitutioni seu consignationi vel reassignationi ipsius dotis. Et super predictis cognoscendis, diffiniendis et exequendis procedi possit et debeat breviter, summarie et de plano ac sine strepitu et figura iudicii. Quia vero anime hominum ceteris rebus sunt preferende, hac lege iubemus per vicarios curie dicti castri

possint et debeant audiri executores testamentorum et aliarum ultimarum voluntatum defun-
ctorum et eorum procuratores in petendis et exigendis omnibus et singulis legatis et fidei
commissis relictis ad piam causam eis distribuendis solvendis erogandis iuxta piam causam taliu
defunctorum Et quod pro predictis exequendis dicti executores et eorum procuratores agere possint
tam contra heredes talium defunctorum quam contra quoscumque alios ab ipsis defunctis gravatos ad
talia legata sive fidei comissa prestanda ac etiam contra hereditarios debitores hereditariis
actionibus heredibus talium defunctorum competentibus contra eos quibus casibus et quo
libet eorum predicti executores et procuratores pro veris iustis et legitimis actoribus et petito-
ribus habeantur per inde ac si eisdem in talibus testamentis et ultimis voluntatibus ad pre
dicta petenda et exigenda per tales defunctos spetialiter et expresse talis auctoritas et pote
stas concessa fuisset Et super predictis procedatur et procedi possit breviter summarie
et de plano sine strepitu et figura iudicii.

De divisionibus et iudiciis divisoriis. Rubrica ca. xxii.

Teneatur vicarius qui inde fuerit requisitus breviter summarie et de plano et sine strepitu
et figura iudicii cognoscere de omnibus divisionibus et iudiciis divisoriis et ipsam litem
et questionem infra unum mensem continuum ex die porrecte petitionis computandum
per suam sententiam diffinire ipsa die porrecte petitionis minime computata Et ipsam
divisionem fieri facere cum effectu nisi iusta et legitima obstaret exceptio ad quam divisio
nem hoc modo procedatur videlicet quod ad petitionem provocantis ipse vicarius coram quo
talis questio verteretur citari faciat partem provocatam Et per utranque partem eligi
faciat unum provisum virum vel plures ex amicis communibus qui ipsam divisionem
eque et iuste faciat sive faciant Et si aliqua ipsarum partium tales vel talem divisorem
seu divisores eligere negligeret seu contemneret cogat ipsam partem omnibus iuris remediis
oportunis ad ipsam electionem faciendam Et si omnino esset contumax puniatur in centum
solidis corton. Et nihilominus ad dictam divisionem procedatur per unum vel plures eligen
dos vel eligendum ad ipsam divisionem faciendam per ipsum vicarium coram quo ut pre
dicitur talis questio verteretur Que divisio fiat et fieri debeat bona fide et meliori modo
quo fieri poterit pro utraque parte et ea facta quelibet pars teneatur partem sibi assigna-
tam recipere et acceptare et si recusaret puniatur in centum solidis et nihilominus ipsa
divisio firma maneat Ceterum si quis haberet rem communem cum aliquo et iuxta ipsam
rem haberet aliquam rem propriam debeat habere partem ipsius rei iuxta ipsam propriam
habita semper ratione melioramenti ut qualitas ipsius rei exigeret Si quis vero suo et alte-
rius nomine rem aliquam emerit vel alio modo acquisiverit non possit a tali suo consorte
ad eius divisionem compelli nisi primo ei satisfaciat de omni et toto eo quod eius nomine
solvisset pro tali emptione sive acquisitione seu occasione Questiones vero divisorie de
quibuscunque bonis exorte vel que orirentur inter fratres sive nepotes carnales aut alios
coniunctos usque in secundum gradum consanguinitatis inclusive breviter summarie et de plano
et sine strepitu et figura iudicii cognoscantur et decidantur per duos bonos viros consan
guineos utriusque parti eligendos per partes quam electionem fieri faciant vicarii qui inde
fuerint requisiti Et tales electi talem divisionem facere debeant infra viginti dies a
die electionis de ipsis facte et eorum scientie computandos ipsa die dicte electionis in dicto
termino computata ad penam centum solidorum pro quolibet eorum contrafaciente Ni-
hilominus elapsis ipsis viginti diebus si ipsam non fecerint personaliter possint et
debeant compelli et in domo communis detineri usque quo ipsam divisionem fecerint

Item si quis provocatus fuerit ad divisionem alicuius rei et fraudulenter sine timore
negaverit talem provocationem in re tali communionem habere et deinde talis provocans
de communione probaverit puniatur talis provocatus de tali sua negatione in libris quinque
cortonien. Qui tales divisores teneantur et debeant habere pro eorum salario a dictis
partibus duos denarios pro qualibet libra estimi bonorum dividendorum

De dampnis datis p(er) modu(m) guasti incendii emendandis. R(ubri)ca. xxiii.

Ad hoc ut guastatores et incendiarii publice vel occulte damnum inferre non audeant
et ut homines castri et eius villarum masse quibus damna talia inferri contingerint
ipsos malefactores sollicite prosequantur Statutum et ordinatum est quod si damnum per
modum guasti vel incendii in dicto castro vel villis per malivolas personas sive odiosas
studiose illatum publice vel occulte in aliqua sua re vel ad se pertinente committens tale
maleficium vicarii dicti castri de ipsa causa cognoscentis arbitrio puniatur conside
rata qualitate talis maleficii et conditione persone talis malefactoris Et nihilominus
persone taliter lese idem malefactor per eundem vicarium condemnetur ad emendati
onem integram talis damni Si qua igitur persona castri masse vel villarum tale dam
num passa fuerit in aliqua sua re vel ad se pertinente primo et ante omnia investiget
et exquirat de tali malefactore Et si per se eum scire non poterit requirat univer
sitatem dicti castri vel villarum seu proximales infra quorum tenutas sive con
fina tale maleficium fuerit perpetratum quod dicto vicario denuntiet et notificet talem
malefactorem Et si quem tales homines dicti castri seu villarum denuntiaverint
teneatur dicta persona cui tale damnum illatum est toto suo posse sumptum prosequi
contra talem denuntiatum qui quidem si tale maleficium commisisse constiterit condem
netur tam communi masse quam etiam parti lese prout superius est expressum Et deinde si
eius bona sufficiant maxime ad emendationem predictam talis fiat condemnationis
executio pro emendatione predicta in bonis eiusdem Ceterum si ipsa bona non suffice
rent ad emendationem predictam seu de aliquo malefactore non constiterit eo casu te
neatur comunitas dicti castri et villarum in quo vel quibus tale damnum illatum
fuerit ad emendationem talis damni sive eius estimatio fuerit in centum solidis vel
inde infra Sed si fuerit a centum solidis supra eo casu teneatur ad dictam emen
dationem videlicet omnes homines dicti castri et villarum ubi tale damnum illatum
fuerit et quod tale damnum probetur et plena probatione habeatur Quod autem tale
damnum datum fuerit studiose et causa malivolentie sive odii probetur per sep
tem testes bone opinionis et fame deponentes de eorum credulitate probabili ratione
munita vel de publica fama quibus probatis eligantur duo testes unus unus
ex parte ipsius comunitatis sive villarum et alter ex parte persone taliter damni
ficate qui iurati estiment et estimare possint damnum predictum etiam in minori
quantitate quam fuerit et deinde prout estimaverint a tali comunitate vel villis emen
detur declarantes quod talem malefactorem simul et eodem contextu et super uno et
eodem libello agi possit criminaliter et civiliter Et quod per eandem sententiam idem
malefactor possit et debeat super utroque per dictum vicarium condemnari non obstante
iure aliquo quod in contrarium loqueretur Ceterum si contra aliquam vel aliquas
de dictis castro et villis per personam taliter damnificatam sive per alium eius no

mine per dictam damnificationem agetur. in casu supra concesso per forma presentis capi
tuli eo casu vicarius dicti communis contra talem vel tales castrum sive villas procedere pos
sit breviter summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii et tandem in et sup ipsa
causa pronunciet et etiam exequatur prout iustitia suadebit servata in predictis et
circa ea forma et censura presentis capituli et aliorum capitulorum statutorum dicti
communis de hac materia loquentium et his cessantibus censuram et formam iuris communis

De possessionibus nanciscendis et de modo procedendi in causis Legatorum. Rubrica capitulum xxiiii.

Item statuimus quod heredes testamentarii in possessionem bonorum que testator possederat tem
pore mortis sue mictantur auctoritate iudicis competentis ostenso sibi prius per eos ipso testa
mento publico et sollemni prima facie et in sui figura non viciato ac vocatis nominatim
agnatis sive cognatis condam talis defuncti qui ab intestato essent successuri eidem ita
tamen quod nulla in contrarium exceptio vel oppositio admictatur nisi opponeretur de alio
magis sollemni et legitimo testamento vel nisi res ipsa vel aliqua earum vel alicuius earum
pars per alium possideretur tempore impetrationis talis licentie quo casu procedi debeat
prout infra eodem capitulo continetur. Successores etiam ab intestato similiter de licen
tia iudicis competentis vocatis nominatim aliis agnatis condam talis persone ab intestato
defuncte qui per formam statutorum sive iuris communis a tali successione non exclude
rentur et per eos eidem iudici summarie facta fide quod ipsi in tali successione sint priores
secundum formam dictorum statutorum seu his cessantibus secundum secundum formam
et censuram iuris communis ac etiam aliis observatis que per formam presentis capituli requi
runt possessionem ipsam optineat et consequatur hoc intellecto et declarato quod talis possessio
per talem iudicem minime concedatur predictis qui se heredes esse talis defuncti ex testa
mento vel ab intestato pretenderent nisi in sua petitione expresserint et declaraverint
res quarum possessionem nancisci postulant et intendunt et probaverit talem personam
cuius se successores esse alterum de dictis asserunt res ipsas possedisse tempore sue mortis
Et quod citationes fiende de talibus agnatis vel cognatis non vitientur quantumcumque tales
citandi non subessent iurisdictioni dicti communis Et que dicta sunt supra de heredibus testa
mentariis locum habeant tam in heredibus directo vel per fidei commissum et in qualibet
substitutione cuiuscumque generis sive spetiei expressa vel tacita quantum sibi esset ad
ea bona et partem bonorum ad que et ad quam ipsa substitutio trahi potest et que is cui
taliter succederetur possederat tempore sue mortis. videlicet post cessionem et eventum
diei talis substitutionis Liceat tamen cuilibet qui res ipsas vel earum aliquam tempo
re talis iussionis et concessionis talis possessionis possidebat etiam post dictam inmissionem
et concessionem talis possessionis petere ipsius revocationem et cassationem per ipsum iudi
cem fieri quandocumque sibi placuerit infra annum a die dicte inmissionis et concessionis
ipsius possessionis faciende in antea computandum Quo casu ille optineat qui potiora iura
in possessorio iudicio supra talibus rebus sive super tali re docuerit se habere et Nihilomi
nus si is qui taliter dictam possessionem adeptus fuerat succumberet eidem victori fruc
tus per eum de tali re apprehensa perceptos restituere compellatur Ad dictam licentiam
vero impetrandam legari volumus liberos talium defunctorum legatarii aut et fidei
commissarii in possessionem rei sibi per aliquem in sua ultima voluntate legate vel
per fidei commissum relicte et per eumdem legantem sive per fidei commissarium relin

quentem possessor tempore sue mortis per iudicem competentem ad ipsorum petitionem mittat
facta fide prius summatim ipsi iudici de tali ultima voluntate et heredes talis defuncti per
sone prius vocato Et quod predicte probationes et quelibet alia probatio oportuna in omnibus
casibus in presenti capitulo comprehensis etiam contradictore legitimo comparente fieri
possint etiam lite non contestata et presente seu etiam absente et contumace parte aversa
Et quod nullus opponere vel allegare possit contra predicta vel aliquod predictorum quod
talis defuncta persona excomunicata fuerit nec talem opponentem vel allegantem aliquis
rector vel officialis comunis masse admittat vel audiat sive audire valeat quoquo
modo quin immo presens capitulum et contenta in eo vendicent sibi locum excomu
nicatione vel oppositione vel allegatione predicta in aliquo non obstante Preterea vo
lumus quod ad petitionem ipsorum legatariorum et fideicomissariorum ac suorum heredum
et successorum seu executorum ipsius ultime voluntatis et heredes ipsius legantis sive
per fideicommissum aliquid relinquentis et quivis ab ipso legante sive fideicomittente
gravatus cogi possit et debeat realiter et personaliter ad ipsum legatum et fidei
comissum prestandum solvendum et adimplendum iuxta dispositionem talis legantis
sive fideicomittentis per inde ac si talis heres vel alius sic gravatus foret ad id tali legatario
sive fideicomissario ex instrumento guarantigie efficaciter obligatus et quod dicte cause legatorum
et fideicomissorum per ipsum iudicem a die petitionis porrecte infra unum mensem ex tunc
proxime sequentem possint et debeant terminari nisi per ipsos agentes sive petentes steterit
vel nisi per utranque partem talis terminus fuerit prorogatus In rebus vero dotalibus expres
se vel spetialiter a possessore pro dotibus obligatis in casu solvende sive restituende vel reas
signande dotis possessore vocato ostenso publico instrumento per iudicem viro mulieris vel
eius heredum cui ipsa dos reddenda restituenda vel reassignanda fuerit rei predicte dotalis
vel alterius rei sic ut premittitur obligate possessio concedatur Ita tamen quod in predictis
casibus vel aliquo eorum talis possessionis concessio et apprehensio nullum ius vel comodum
in petitorio iudicio sive circa ipsius proprietatem tali possessori afferat seu alteri preiudicium
aliquod inferat vel gravamen Nullus etiam quantumcunque licentiam et potestatem habeat
etiam per publicum instrumentum a vero et legitimo possessore alicuius rei de ipsius rei pos
sessione sua auctoritate apprehendenda et optinenda in casu etiam a iure concesso possit vel
debeat ipsam possessionem sua auctoritate apprehendere si tunc talis res per alium possideret
verum si adhuc possessio resideat apud illum qui sibi huiusmodi licentiam concessisset eo casu
licite et impune talis cui huiusmodi licentia concessa fuisset ipsam possessionem sua auctori
tate apprehendere valeat et nancisci nulla alia requisita licentia ab aliquo iudice vel a parte
quam licentiam in casu huiusmodi cuilibet postulanti concedi volumus a quolibet iudice con
petenti In aliis autem casibus decernimus et mandamus quod nullus iudex sive officialis dicti
comunis det vel concedat alicui licentiam apprehendendi possessionem sive tenutam alicuius
rei nisi legitime citato eo qui rem ipsam tunc teneret vel possideret et aliis peractis et
liquidatis que et prout per formam et censuram iuris comunis requiruntur et qui contra
fecerit in solidis viginti vice qualibet puniatur et nichilominus talis licentia et quicquid
eius vigore vel pretextu secutum est ipso iure sit nulla et de facto ac per eundem iudicem
penitus revocetur ad petitionem cuiuslibet cuius interesit et quod persone predicte citande
ut dictum est citari debeant in quolibet casuum predictorum sub suis et specificatis nominibus
et prenominibus et citari debeant semel personaliter seu ter ad minus apud domos ipsorum
solite habitationis cum intervallo saltem duorum dierum inter unam citationem ad aliam
et si secus factum fuerit possessionis ipsa concessio et apprehensio inde secuta ipso

iure sit nulla

Iure sit nulla et si tales persone sic citate non comparuerint sed contumaces fuerint
sufficiat eis in actibus singulis subsequentibus semel tantum citari personaliter uel ad domos ipsorum
si uero in termino alicuius predictarum citationum tales persone seu alie quarum interesset comparuerit
coram ipso iudice detur eis copia petitionis predicte et subsequenter in ipsa causa ad ulteriora procedat
prout dictorum statutorum forma et censura uel his cessantibus forma et censura iuris comunis
requiritur et tandem ille optineat qui potiora iura ostenderit se habere ut superius dictum est et
quod in dictis et super dictis litibus et questionibus procedatur et procedi possit breuiter sumarie
et de plano ac sine strepitu et figura iudicij et quod in quolibet dictorum casuum uictus uictori in
expensis legitimis ipsius cause condemnetur. Preterea uolumus quod si in aliquo dictorum casuum
producerentur aliqua instrumenta testatorum uel aliorum ultimarum uoluntatum seu aliquorum contractuum
edita extra territorium castri masse que scripta uiderentur per notarium forensem de quibus inter
partes predictas suspitio et dubitatio oriretur quod ad ea comprobanda uerificanda et legitimanda
liceat ipsi producenti rogationes et prothocolla talis notarij qui ea scripsisse coram ipso iudice
exhibere uel ad legitimis talibus instrumentis finem imponere prout per formam statutorum
dicti comunis seu per formam iuris comunis requiritur et aliter talibus instrumentis si in du
bium ut premittitur reuocentur fides nullatenus habeatur.

Quod stetur et credatur scripturis librorum mercatorum campsorum. usque in centum sol. Rubrica. xxv.

Item statuimus quod in scripturis librorum mercatorum et campsorum continue in castro masse mer
caturam uel campsuram exercentium cum sacramento suo stetur et credatur usque in centum
solidis cortonensium ac si appareret preceptum guarantigie et quod usque in dictam quantitatem procedat
et procedi possit ad petitionem talis mercatoris et campsoris per uicarium in centum solidis cum dicto
sacramento per eum prestito et dictis scripturis ostensis et uisis breuiter sumarie et de plano et
sine strepitu et figura iudicij procedatur.

Qui in dare tutores curatores et actores possint auctoritatem super emancipationibus et alijs actibus interponere. Rubrica. xxvj.

Item statuimus quod uicarius castri masse qui inde fuerit requisitus possit et debeat totiens quotiens
expediens fuerit dare tutores et curatores tam generales quam speciales ac si etiam actores et ad eorum
administrationem decernere ac decretum et auctoritatem super predictis interponere necnon super alie
nationibus rerum minorum prodigorum mentecaptorum et furiosorum et in eorum et super eorum
contractibus et distractibus et super emancipationibus et in alijs et super alijs omnibus et singulis
actibus et casibus oportunis et quod quilibet uicarius quotiens opus fuerit et inde fuerit requisitus
ire personaliter teneatur ad quamcumque ecclesiam castri masse pro dictis et quolibet predictorum per
eundem agendis et explicandis et predicta omnia et singula etiam fieri possint per uicarios et nota
rios castri masse in predictis per formam priuilegij sui auctoritatem et iurisdictionem habentes que
omnia et singula fieri et expediri possint quibuslibet diebus tam iuridicis quam etiam feriatis ad honorem
dei inductis tam per formam iuris quam statutorum castri masse et in quibuscumque locis dicti castri.

Quod uictus uictori condempnetur in ciuilibus causis in expensis. Rubrica. xxvij.

Item statuimus quod in omnibus et singulis litibus causis et questionibus ciuilibus ordinarijs extraor
dinarijs uel sumarijs que uerterentur in aliqua curia castri masse uictus uictori in uictis et legi
timis expensis factis in tali causa lite uel questione in quacumque parte iudicij condemnetur non
obstante iuramento calumnie in ipsa lite causa questione prestito nec etiam quod ipse petite non fue
rint in ipso iudicio per eundem uictorem.

De bonis debitoris et fideiussoris dandis creditori insolutum. Rubrica. xxviij.

Item statuimus quod si quis bona sui debitoris uel fideiussoris ei specialiter uel generaliter ypotheca habuerit

obligata vel de ipsis habuerit in tenuta per curiam castri masse et deinde voluerit de suis bonis
sibi pro suo credito et expensis dari et adiudicari in solutum per dictam curiam teneatur talem
suum debitorem vel fideiussorem citari facere per publicum bayulum comunis masse ex parte et de
mandato vicarij saltim semel personaliter et bis domi sue habitationis cum intervallo unius diei
ad minus inter unam citationem et reliquam si talis citandus habitaret in castro masse si habi
taret in villis masse coram ipso vicario compareat recepturus copiam petitionis responsurus
eidem ad certum terminum eidem arbitrio ipsius vicarij statuendum quo comparente vel
non successive ad actus alios procedatur prout fuerit procedendum. Qui vicarius facta sibi
fide de credito que fieri possit hoc casu etiam lite non contestata det et adiudicet de dictis
bonis eidem creditori in solutum usque in integram et debitam solutionem et satisfactionem
dicti crediti et expensarum legitimarum facta prius ipsorum bonorum estimatione per duos bo
nos viros per ipsum vicarium eligendos. Ita tamen quod talis adiudicatio fieri non possit nec de
beat nisi ex tempore dicte promictiate et concesse tenute et scientie talis debiti sive fideius
sionis transcursi fuerint [illegible] ipsa die. dicte adiudicationis facte in dicto termino mi
nime computata quam quidem scientiam in casu premisso presumendam esse censemus sive
de dicta tenuta eidem debitori vel fideiussori facta fuerat per publicum bayulum dicti comunis
sive ad domum sue solite habitationis presente aliquo de sua familia maiore quatuordecim
annis et sane mentis vel alias legitime facta sit Et predicta locum habeant ubi de tali
debito non constet per publicum instrumentum seu per scripturam aliquam que per for
mam dicti comunis pro instrumento guarantigie habeatur quibus casibus Statuta de
dicta materia loquentia vendicent sibi locum Et super predictis dictus vicarius pro
cedat diebus quibuslibet tam iuridicis quam feriatis exceptis illis dumtaxat qui per
per formam iuris comunis masse sive statutorum comunis masse in dei honorem
fuerint feriati eaque terminet et expediat per suam sententiam infra triginta dies
ex tempore petitionis coram eo per talem creditorem oblate in antea numerandos
hoc intellecto quod si alius prior et potior creditor supervenerit ante adiudicationem pre
dictam sibi de ipsis bonis ante omnia satisfaciat et de reliquo si quod superexit in
bonis predictis tam primo agenti quam alijs creditoribus tenutam vel ipothecam habentibus
in bonis predictis similiter adiudicatio fiat forma predicta iuxta ordinem successivum
ita quod non obstante preventione iudicij qui prior et potior fuerit in dicta successione prefe
ratur Que locum habeat inter homines castri masse et villarum tantum volumus insuper
quod si aliquis nobilium aut massariorum castri masse aut villarum haberet recipere aliquam
pecunie quantitatem ab aliquo forense habente possessiones aliquas in castro masse vel eius
tenuta de quo debito constet per publicum instrumentum quod ad petitionem talis credito
ris fiat sibi adiudicatio in solutum de bonis predictis usque in debitam et integram solu
tionem et satisfactionem talis sui debiti dampnorum et expensarum legitimarum nulla in
contrarium exceptione admissa nisi per publicum instrumentum quietationis que omnia
sine solutione salarij audiantur et peragantur et locum habeant in presentibus et futuris

Quibus temporibus debitores cogi non possint. Rubrica xxviiij.

Item Statuimus quod nullus occasione alicuius debiti pecuniarij vel occasione alicuius
laudi sive arbitramenti vel sententie sive precepti in cuiusvis causa contra eum late
vel facti vel occasione alicuius condempnationis facte occasione defectus vel contemptus man
dati sive vigore alicuius prestiti instrumenti continentis preceptum guarantigie sive non
possit vel debeat realiter vel personaliter cogi sive molestari vel gravari in festivitate
sanctissimi paschatis nativitatis domini nostri iesu christi vel gloriose resurrectionis vel in
festo sancti fortunati in festo gloriosissimi sancti felicis huius castri protectoris
duobus diebus ante et duobus post Et si secus fiat non teneat ipso iure etiam in festo beate
virginis de mense augusti et quod dicti debitores licite et impune ac libere valeant stare

In festo pascatis
Nativitatis D. N.

morari ad castrum Masse ibique permanere ac inde discedere possint et debeant non obstante aliquo statuto ordinamento ac ordinatione in contrarium loquente. Et si qui debitores illis temporibus starent coacti sub fideiussoria cautione in domo comunantie possint inde recedere libere et impune et ire quo voluerint. Ita tamen quod ipsis diebus elapsis reverti debeant ad ipsam descriptam et ibi prout ante stare et morari et quod ipse discessus nullum preiudicium generet nec prosit ipsi debitori vel fideiussori eiusdem.

De debitoribus cogendis et quando carcerari possint vel non. Rubrica xxx.

Quilibet debitor tam principalis quam fideiussor possit et debeat pro pecuniario debito persolvendo ad petitionem sui creditoris et heredum ipsius ac etiam ius habentis cessum ab ipso creditore vel eius herede in quolibet casu ab aliquo capitulo statuti castri Masse promissioni palatio dicti comunis vel alia domo per ipsum comune deputanda personaliter detineri usque ad ipsius debiti et deposuerit factionem. Sed nullus debitor sic detentus possit de palatio seu domo predicta discedere nisi solutis dictis debito et expensis vel nisi sicut et quando suorum bona deposuerit. Et qui contrafecerit in libras decem vice qualibet puniatur et nihilominus iterum capiatur et detineatur et capi et detineri possit sine nove petitionis porrectione et novi salarii solutione ad sui creditoris voluntatem. Quam penam librarum decem solvere non teneatur si ante condemnationem cum suo creditore fuerit in concordia de quo stetur verbo ipsius creditoris. Et qui idonee voluerit satisdare de stando in palatio vel domo non mittatur ad carcerem pro ipso debito. Et si aliqua persona accusata ab aliquo de introitu tenute vel quod non venerit ad districtam sive quod fecerit contra citationem et preceptum sibi factum de eo de predictis vel aliquo predictorum concordata fuerit cum creditore suo ante condemnationem factam ad ipsam penam non teneatur. Preterea si quis accusatus ab aliquo suo creditore quod non venerit ad districtam vel quod exiverit palatium vel de introitu tenute deposuerit et consignaverit in presentia vicarii aut apud aliquem probum virum totum debitum et expensas vel per eum non steterit quin ipsum debitum et expensas ipse creditor habuerit et receperit et de ipsis depositum fecerit causa solutionis faciende ipsi suo creditori a die accusationis predicte usque ad unum mensem ad penam aliquam minime teneatur non obstante quod ipse creditor ipsam pecuniam recipere noluerit et non obstante in predictis vel aliquo predictorum statuto vel ordinamento aliquo comunis Masse quod in contrarium loqueretur. Et quod proponatur in concilio per dominum vicarium quid placet ipsi concilio providere de conducendo unam domum pro debitoribus detinendis pro debito.

Quod debitores cogantur elapsis x. diebus et quod mulieres non possint in palatio detineri. Rubrica xxxi.

Hoc statuto provisum est quod quilibet vicarius comunis Masse post decem dies a die late sententie vel precepti facti seu debiti declarati per eum vel suum precessorem ipsa die ipsius late sententie sive precepti facti vel debiti declarati in dicto termino minime computata, etiam si de tali debito non appareret guarentigiatum instrumentum, possit et debeat talem contra quem talis sententia lata fuerit seu tale preceptum factum debito declarato facere detineri et ad solvendum compellere realiter et personaliter ad voluntatem sui creditoris. Dummodo talis debitor antequam ad ipsam executionem contra eum vel eius bona procedatur. Et hoc intelligatur de maribus. Femine autem dictis de causis vel aliqua earum detineri non possint nisi in aliquo loco congruo et honesto deputando per vicarium. Et si pro muliere aliqua debitrice vellet eius maritus vel aliquis ... detentus ipsa mulier nullatenus possit vel debeat pro ipso debito personaliter ...

non obstante statuto uel ordinamento aliquo comunis masse quod in contrarium loqueretur
= quam executionem iuxta formam predictam fieri uolumus tam diebus feriatis quam iuridicis excep
= tis illis dumtaxat qui ad honorem dei fuerint feriati per formam iuris statutorum masse

De pena nō exigenda a debitore nisi certa forma suata. Rx ca. xxxij.

Item statuimus quod si aliquis promiserit aliquam pecunie quantitatem uel rem alicui dare tradere uel restituere ad certum terminum et ad certam penam et ipsam ei in ipso termino non dede rit tradiderat siue restituerat prout promiserat non propterea talis promissor ad ipsam penam soluendam precise et effectualiter cogi possit si post ipsum terminum talem suam promissio nem cum effectu paratus sit adimplere cum refectione totius damni et interesse partis auerse. Ceterum si quis aliquid faciendum uel non faciendum alicui promiserat sub certa pena et ta lis promissor in ipsa sua promissione seruanda et adimplenda contumax seu morosus extiterit uel esse ceperit eo casu facta sibi protestatione per illum cui talem promissione personaliter uel ad domum ipsius habitationis presente aliquo de sua familia legitime etatis et sane mentis de tali promis sione sibi per eum seruanda et adimplenda uel de non ueniendo ad faciend ulterius contra eum talis promissor ipsa sua contumacia seu mora postea prolongauerit usque ad mense a die talis protesta tionis facte ut dictum est in antea computandum teneatur et cum effectu conueniri possit ad penam predictam tali suo creditori soluendam. Nec ad ipsam suam moram et contumaciam pur gandam post dictum mensem ulterius admittatur et hec trahantur tam ad futura quam etiam ad preterita non dum sopita

De pscriptione uigintiquinque annoꝝ et quod i[n] dotib[us] nō hnt locū. Rx ca. xxxiij.

Item statuimus quod quicumque steterit per uigintiquinque annos quod de pecunia uel re aliqua sibi debita litem uel questionem aliquam non mouerit in iudicio uel extra nec partem aliquam ipsius debiti uel aliquid pro eo uel eius nomine receperit quod post dictum tempus contra talem debitorem uel ipsius heredem uel eius bona pretextu et uigore talis debiti nil petere possit et predicta tam in futuris quam etiam in preteritis non dum sopitis sed adhuc pendentibus uendicent sibi locum non obstantibus aliquibus statutis comunis masse et maxime statuto guarantigie siue iure cano nico uel ciuili in contrarium loquentibus quibus omnibus et singulis communi utilitate pensata uolumus per presens capitulum derogari ita tamen quod presens capitulum non habeat locū in dotibus et instrumentis dotalibus

De salario deponedo p appellante in caus Ciuilib. Rx ca. xxxiiij.

Item statuimus quod si ab aliqua diffinitiua sententia seu interlocutoria que uim sententie diffiniti ue obtineat et postquam nullam diffinitiuam sententiam in causa promulgari speratur ad iudicem appellationis castri masse per aliquem fuerit appellatum
Talis appellator soluere teneatur camerario cōis masse pro ipso comuni recipienti in pecunia numerata pro qualibet libra sex denarios pecunie siue rei estimate in tali sententia comprehense. Si uero ab aliqua interlocutoria seu ab aliquo grauamine quod ante tempus diffinitiue sententie promul gande diceretur illatum ad dictum appellationem inde fuerit per aliquem prouocatum et in tali appellatione per iudicis appellationis sententiam succubuerit appellatus teneatur dictus appellator dicto camerario predicta pro comuni recipienti soluere

De cōtractib filioꝝ familias et etiā emancipatoꝝ. Rx ca. xxxv.

Item statuimus quod nullus filius familias absque consensu sui patris uel aui paterni in cuius potestate esse possit per stipulationem pactum siue pollicitationem uel cuiuscumque generis contractum

sive distractum se ipsum vel sua bona nullatenus obligare sive alienare et si secus fuerit factum non teneat ipso iure adeo quod nec ipse nec talis eius pater vel avus vel eius fideiussor vel quivis alius dicta de causa nec occasione nec ipsorum nec alicuius ipsorum bona presentia vel futura in aliquo teneri obligari vel inquietari possint nec ex inde vel ob inde ius aliquod in agendo excipiendo retinendo vel compensando vel alias aliquo modo alteri acquiratur. ¶ Ceterum si talis filius familias tunc temporis mercaturam aliquam sive artem artificium alicuius mercis sive mercimonii publice exerceret et in ipsa mercatura vel arte seu in his que ad ipsam mercaturam vel artem pertinerent aliquid gereret contrahendo vel distrahendo seu se vel sua bona quomodolibet obligando eo casu tamquam pater familias et homo sui iuris tam personaliter quam realiter efficaciter obligari ac possit effectualiter conveniri non obstante quod talis sui patris vel avi in predictis non intervenerit auctoritas vel consensus nec non talis eius pater vel avus vigore talis contractus sive obligationis conveniri possit a tali creditore usque in summam et quantitatem legitime contingentem ipsi suo filio vel nepoti de bonis vel in bonis eiusdem habita consideratione ad ipsa bona que idem suus pater sive avus haberet tempore quo dicta de causa sive occasione conveniretur nisi ipse pater vel avus tali contractui sive obligationi expresse contradixisset vel nisi ante talem contractum vel obligationem publice banniri fecisset per publicum preconem communis masse quod nullus contrahat vel mercetur cum tali suo filio vel nepote de quo constet per publicum instrumentum et per eundem patrem vel avum exhibitum infra octo dies a die ipsius bandimenti facti in antea computandos consulibus talis artis vel mercantie quam ipse suus filius vel nepos publice exerceat ipsa die dicti bandimenti sive proclamationis in dicto termino octo dierum minime computata. Salva semper contra ipsum patrem vel avum actione de in rem verso in quolibet dictorum casuum si et quatenus de iure competeret cui per presens capitulum non intelligatur in aliquo derogatum. Si autem quis emancipatus fuerit a suo patre vel avo in cuius potestate subiacebat et deinde cum alio contrahat vel quoquomodo se obliget eo casu talis eius pater vel avus a quo emancipatus fuerit dicta de causa sive occasione non possit in aliquo conveniri dummodo tempore dicte emancipationis vel postea dicto suo filio vel nepoti de suis bonis contulerit tantum quantum sibi de dictis bonis vel in dictis bonis iure legitime competebat vel competere poterat habito respectu ad bona que idem suus pater vel avus haberet tempore quo dicta de causa seu occasione conveniretur. Alioquin idem pater vel avus usque in supplementum dicte legitime conveniri dicta de causa valeat cum effectu nisi premissa eius contradictione sive bandimentum predictum et alia supra scripta sollemnia pro eius parte fuerint observata. Ita tamen quod totum et quicquid ipse pater vel avus in aliquo dictorum casuum dicta de causa vel occasione solverint eidem suo filio vel nepoti in dicta sua legitima partem seu eius supplementum possit et debeat computari. Que omnia optinere volumus perpetuam roboris firmitatem statuto quarantigie vel aliquo alio loquente in contrarium non obstante quibus omnibus per presens capitulum derogetur.

Quod contractus sive distractus facti cum minoribus non valeant et de pena notarii scribentis. Rubrica capitulum xxxvi.

Contractus sive distractus cum minore viginti annorum factus sive sui patris vel curatoris auctoritate et consensu sit ipso iure nullus et notarius qui talis contractus instrumentum fecerit in libris decem condemnetur et in totidem qui ipso instrumento utetur vel cuius pretextu aliquid peteretur.

Quod lucretur maritus quartam partem dotis uxoris sue. Rubrica capitulum xxxvii.

Lucretur maritus quartam partem dotis uxoris sue sive filio vel filia ex eo habita decedentis quandocumque decedat postquam eam duxerit ad domum suam vel sue habitationis, de qua quarta parte non possit ulla tenus defraudari ita tamen quod dictus maritus contribuat in expensis funeralibus dicte sue uxoris pro dicta quarta parte, et hoc capitulum locum habeat tam in nuptis quam etiam in nupturis.

13v

OMNIA CVM

Q. Mulieri in dote no opponat exceptio mobilis no assignati. R. ca. xxxviij.

Item statuimus et ordinamus quod licet aliqua mulier soluto matrimonio dotem suam ad mobile
comunis masse non assignaverit que esset in casu restitutionis quod propterea non possit sibi oppo
ni exceptio mobilis non assignati et si opponeretur talis opponens non audiatur nec audiri
possit vel debeat per aliquem rectorem sive officialem dicti comunis sed nihilominus ipsum
instrumentum dotale debeat executioni mandare per bicarium curie dicti comunis non obstante
aliquo statuto vel ordinamento dicti comunis in contrarium loquente.

Qualiter mulieres contrahere possint. R. ca. xxxviiij.

Item statuimus quod nulla mulier possit contrahere vel distrahere aut aliquam donationem causa
mortis vel inter vivos seu testamentum codicillos vel aliam ultimam voluntatem facere
sine presentia viri sui et patris et fratrum carnalium et filiorum maiorum quatuor
decim annorum si omnes predictos habeat. Si vero patrem vel fratres carnales non
haberet sine presentia duorum proximorum suorum consanguineorum maiorum qua
tuordecim annis habitantium in castro vel villis masse simul cum marito talis mulieris
et eius filiis maioribus quatuordecim annis si eos habet. Et si maritum non haberet sine
presentia filiorum maiorum quatuordecim annis si eos haberet et si maritum vel filios
non haberet sine patris si eum haberet et si predictos vel aliquem predictorum sine
presentia dictorum duorum consanguineorum et si aliter faceret non valeat nec teneat
ipso iure declarantes quod ubicumque hoc capitulum loquitur de consanguineis intelli
gatur de proximioribus consanguineis ex linea paterna usque in tertium gradum
inclusive si ex ipsa linea paterna ipsos habuerit. Si vero ex linea paterna
mulier tales consanguineos non habuerit intelligatur similiter de consanguineis
ex linea materna usque in tertium gradum inclusive. Si vero talis mulier [illegible]
diebus per baiulum ad certa determinata tempora [illegible] faceret [illegible] quorum
presentia requiritur ut supra distinctum est [illegible] casu masse
personaliter vel ad domum eorum habitationis [illegible] ipsa mulier
vel eius legitimus procurator eius nomine notificaverit [illegible] predictis quorum
presentia requiritur ut permittitur se velle contrahere [illegible] codicillum vel
aliam ultimam voluntatem condere et cum quo vel quibus contrahere vel distrahere velit seu
quid et cui donare velit et cuius condictionis vel [illegible] contractum vel distractum et in quo
loco et in qua die et hora facere velit et predicti talis monitionem [illegible] de dictis termi
nis possit tunc talis mulier predicta facere sicut sibi per formam iuris seu statutorum
dicti comunis permittitur. Si autem aliquem ex predictis supra declaratis dicta mulier non
haberet in castro vel villis masse seu si haberet et non venerit [illegible] de dictis terminis eo
casu possit talis mulier in ultimo de dictis terminis seu etiam infra tres dies proxime
subsequentes predicta libere facere ad beneplacitum suum prout ad sibi liceret per formam iuris
seu statutorum dicti comunis hoc intellecto quod ea que supradicta sunt de [illegible] quorum presentia in
casibus predictis requiritur locum non habeat in religiosis feminis. Liceat tamen cuilibet
mulieri sine alicuius presentia in sua ultima voluntate de bonis suis ad pias causas relinquere
usque in summam seu quantitatem viginti quinque librarum inclusive omnibus relictis [illegible]
cumulatis. Et obligentur et obligari se possint sine publico instrumento mulieres infra
scripte usque in viginti quinque libris sine presentia seu requisitione alicuius predictorum illa
mulier que exercet artem seu misterium texendi seu vendendi vel laudandi pannos. Et
[illegible] tricola et alie his similes in [illegible] artibus et ministeriis [illegible]
artium sive ministeriorum vel alicuius eorum et non aliter. Liceat etiam mulieribus con
stituere procuratorem et actorem ad lites et causas et ad requisitionem et notificationem

de quibus supra fit mentio faciendas sicut eis placuerit non obstante quod predicti vel aliquis
predictorum ad contractus huiusmodi requisiti seu presentes non essent et presens capitulum
ceteris aliis statutis seu ordinamentis dicti comunis in contrarium loquentibus volumus
prevalere.

Quod filie femine superstite masculo non succedant ab intestato Et qualiter tunc dotentur. Rubrica xl.

Item statuimus quod nulla filia neptis proneptis sive abneptis alicuius infrascriptarum personarum
de cuius successione tractaretur nec aliqua persona cuiuscumque sexus sive gradus existat
descendens ex tali diffinita persona per lineam femininam succedat vel succedere possit ab
intestato in aliquo eius patri matri avo proavo proavie abavo abavie ab intestato de
functo sive defuncte nec in dicta eius successione audiatur agendo vel excipiendo super
stite alicuius predictarum personarum taliter defunctarum aliquo eius filio legitimo et naturali seu
aliquo alio masculo legitimo et naturali inferiori gradu descendente per lineam masculi
nam legitimam et naturalem ex tali persona defuncta de cuius predicta successione tractaretur
et ipsam successionem acceptanti sive acceptare valente Et si tenutam vel possessionem
de bonis hereditariis talis persone defuncte seu aliquibus vel aliquo ipsorum bonorum vel
aliqua eorum sive alicuius parte haberet ipsam tenutam sive possessionem relinquere et
dimittere teneatur predicto legitimo successori talis persone defuncte ad ipsius petitionem
ita tamen quod talis filia sive neptis et quelibet alia persona inferioris gradus descendens
ex masculino legitimo et naturali descendente per dictam lineam masculinam ex ipsa
defuncta persona de cuius successione tractaretur si dotata non esset debeat decenter
dotari de bonis hereditariis talis defuncte persone per eius successorem predictum con
siderata conditione sue persone et qualitate et quantitate bonorum hereditatis predicte
ac etiam de eisdem bonis alimentari debeat donec fuerit maritata et dotes predictas
habuerit cum effectu sive donec monasterium intraverit Et quod dictus successor ad
ipsam dotandam et alimentandam teneatur ac cogi possit et debeat cum effectu et pro
predictis alimentis et dotibus post mortem talis defuncte persone tempore ipsius mortis
etiam antequam nubat omnia predicta bona hereditaria vigore statuti et auctoritate presentis
capituli tali mulieri obnoxia et obligata existant ex testamento vero et alia qualibet ultima vo
luntate talis defuncte persone succedat et succedere possint et possit eidem predicte persone et quelibet
earum et legata et fidei commissa et omne et quicquid in tali testamento vel ultima voluntate eis vel
alicui earum relictum esset capere et habere possint et possit iuxta tenorem et formam ipsius testamenti
sive ultime voluntatis si eis sive ei aliud iuridicum non obsistat Ita tamen quod ipse mulieres et
quelibet earum quibus vel cui bona talis defuncte persone taliter obvenirent ea sibi computent
et computare teneantur in ipsis suis dotibus Et si aliqua de ipsis mulieribus dotata fuerit
ab aliqua de predictis personis in eius vita vel in ipsius ultima voluntate eo casu tales mulieres
ipsis dotibus sint et esse debeant contente Ita quod nihil ultra quantitatem ipsam in hereditatem
vel de hereditate alicuius predictarum personarum petere valeat vel habere nisi secundum expressam
dispositionem talium personarum Et si postquam aliqua de predictis personis nupserit vidua re
manserit possit ad domum heredis talis defuncte persone redire et ibi stare ac de ipsis bonis here
ditariis modo predicto alimentari debeat donec iterum maritetur vel monasterium intret dummodo
fructus sue dotis quos haberet vel aliorum suorum bonorum si qua tunc haberet cedere debeant
in alimenta predicta in super volumus Statuentes quod si aliqua de predictis personis de cuius
successione tractaretur in sua ultima voluntate aliquid alicui de dictis mulieribus reliquerit
pro eius dote et postea antequam decesserit eam dotaverit et deinde non revocata ipsa
sua ultima voluntate in parte predicta decesserit dictum relictum evanescat et eva
nuisse ipso iure intelligatur et pro non facto penitus habeat et super predictis et quolibet predictorum
si de eis vel eorum aliquo vel alicuius eorum occasione aliqua lix questio vel controversia oriretur
vel esse posset teneat et debeat vicarius castri masse cognoscere procedere diffinire et diffinita
exequi breviter summarie et de plano ac sine strepitu et figura iudicii.

Revere dispensa ... [illegible]

De Successionibus ab intestato. R ca. xli.

Item statuimus quod si aliqua persona de castro vel villis masse ab intestato decesserit sine liberis superstitibus
seu superstite sibi aliquibus seu aliqua persona usque in tertium gradum sue agnationis inclusive
succedat sibi proximior de dicta sua agnatione hoc intellecto et declarato quod in dicta successione
non habeatur nec haberi debeat distinctio seu consideratio vel respectus an talis proximior iun
gebatur tali defuncte persone ex utroque parente sive per lineam utriusque parentis seu ex uno vel
unius tantum dummodo ex parte ipsius defuncte persone seu ex eius paterna linea saltem eid
coniunctus existeret. Preterea volumus quod nepotes ex fratre carnali quondam talis defuncte persone
succedant ... una cum eorum patruo eiusdemque fratre condam talis defuncte persone in stirpe
pem et non in capite. Mater vero ipsius condam defuncte persone in dicto casu in sola octava
parte bonorum ipsius quondam sui filii seu filie succedat et succedere possit eidem et ipsa
octava parte dicta mater dicto casu contenta sit et esse debeat adeo quod nihil amplius iure
successionis petere vel habere possit de hereditate predicta. Matre vero non extante succedat
eidem ab intestato condam avia sua paterna in octava predicta et ipsis matre et avia
non extantibus simili modo succedat ei proavia quedam eius paterna videlicet mater avi
sui patris. Avia vero materna videlicet mater matris et proavia materna videlicet avia
matris dicte defuncte persone seu aliqua persona de cognatitia prole condam ipsius de
functe persone sive patris eiusdem in dicto casu ad dictam successionem nullatenus admit
tatur. Ita tamen quod in dicta agnatitia prole non includatur nec intelligatur includi aliqua femina
excepta sorore carnali sive nepte videlicet filia fratris carnalis et amita quondam talis
defuncte persone que sola scilicet soror neptis et amita in dicta prole agnatitia et in eius nu
mero comprehendatur et comprehendi valeat in casu predicto si et in quantum in eo casu tali
defuncte persone non supervivat aliquis condam eius frater carnalis sive nepos legitimus et
naturalis natus ex fratre carnali quondam talis defuncte persone quibus fratre et nepote vel aliquo
eorum extantibus et supervivent(ibus) seu extante et superviuente dicta soror neptis et amita
quondam talis defuncte persone a dicta eius successione repellantur et ad eam dicti quondam
eius frater et nepos admittantur et admitti possint. Sed et si dicte mater avia et proavia
paterna vel aliqua eorum que in dicta octava ordine premisso succederent seu succedere pos
sent ut dictum est non extarent succedant nihilominus tali defuncte persone eidem proxi
miores de dicta sua agnatitia prole ut superius dictum est. Verum si talis persona deces
serit condito testamento vel alia ultima voluntate et in ipso vel ipsa quocumque titulo
iure vel modo aliquid reliquerit ipsi sue matri avie vel proavie eo casu talis eius
mater avia vel proavia dicto relicto contenta sit et esse debeat nec ulterius de dicta he
reditate iure successionis habere possit.

Quod Gradus Intelligatur secundum Ius Canonicum. R ca. xlii.

Quia in pluribus partibus statutorum communis masse de gradibus agnationum cognationum
sive affinitatum fit mentio et dubitatio inter prudentes oritur cuius iuris videli
cet an canonici vel civilis in predictis sit consideranda censura et ut plurimum
secundum communem opinionem ipsi gradus secundum ius canonicum accipiantur vo
lentes dictam dubitationem tollere et declarare hac lege duximus statuendum quod ubi
cumque de gradibus predictis vel aliquo eorum in nostro iure municipali fit mentio gradus
ipsi secundum ius canonicum tantum debeant computari.

De contractis fictis fratris. R ca. 42

Item statuimus quod quicumque de castro vel villis masse fecerit aliquam alienationem

cuiuscumque rei sub quocumque nomine aut titulo et postea ipsam rem alienatam possederit vel eius
fructus perceperit saltem per tres annos continuos post dictam alienationem immediate sequentes talis
alienationis contractus fictitius censeatur nisi talis alienator ipsam rem alienatam precario sive
titulo conductionis aut quovis alio titulo post ipsum contractum alienationis tenuerit aut possederit
nomine eius cui ipsam rem alienaverat dummodo de dictis precario conditione et aliis de
quibus supra proxime dicitur vel altero eorundem constet per aliud instrumentum quam per
instrumentum alienationis predicte

Quod actis exemplatis fides habeatur. Rubrica capitulum xliij.

Item statuimus quod si quis habet aliqua acta alicuius notarii de dicto castro vel villis in quorum
subscriptione dictus notarius asserat ipsa acta per eum integraliter fore exemplata de aliquo
originali libro seu quaterno actorum comunis masse ipsi exemplo plena fides adhibeatur
non obstante quod talis liber vel quaternus originalis non producatur nec et obstante quod
testes non essent positi sive scripti in ipso exemplo nec in ipso libro seu quaterno originali
actorum Nec etiam si super ipso exemplo non esset alicuius iudicis auctoritas interposita
et quod acta taliter exemplata habeantur pro publicis instrumentis et hec trahantur non solum
ad futura sed etiam ad preterita nondum sopita.

Quod notarius legat contractum partibus de modo servando in cancellatione. Rubrica capitulum xliiij.

Item statuimus quod quilibet notarius de castro vel villis masse ante quam contractum aliquem de
quo conficiendo rogatus fuerit legat vel recitet coram ipsis contrahentibus et testibus teneatur
ipsum saltem substantialiter scribere et demum postquam taliter eum scripserit coram ipsis
contrahentibus et testibus recitare ita et integraliter et indistincte quod nihil de substantialibus
sive essentialibus taceat vel omittat quod similiter circa compositionem cuiuslibet ultime
voluntatis volumus observari et quod in qualibet cancellatione quam aliquis eorum faceret de
aliquo suo rogitu sive prothocollo sive cuiuscumque altero sibi comisso in quo contineretur
aliquod creditum pecuniarum excedens summam decem librarum aut res que decem
librarum valorem excederet teneatur apponere annum indictionem et mensem diem locum
et testes in quibus et coram quibus huiusmodi cancellatio fieret

De eo qui habet protocolla notarii defuncti et de modo servando de ipsis protocollis. Rubrica capitulum xlv.

Item statuimus quod si quis habuerit prothocolla apud se sive rogitus alicuius notarii defuncti teneatur
ea reassignare et restituere illi notario cui talia prothocolla sive rogitus comissa fuerint exemplanda
secundum formam presentis capituli et aliorum capitulorum statutorum comunis masse decernentes
quod prothocolla sive rogitus alicuius notarii defuncti exemplare et in publicam formam
redigere debeat ille notarius cui ipsa prothocolla sive rogitus comissa fuerint per ipsum
notarium defunctum in sua ultima voluntate per comunitatem masse aut per dominum
vicarium castri masse de voluntate heredis talis notarii defuncti Volumus insuper quod si
aliquis notarius propter senectutem infirmitatem debilitatem seu defectum aliquem sui corporis
adeo gravatus et impeditus fuerit quod sua prothocolla exemplare nequiverit alteri
notario exemplanda et in publicam formam redigenda comittere teneatur et per dictum
dominum vicarium ad ipsam comissionem faciendam cogatur ad petitionem cuiuslibet
cuius interesit Et quod notarius cui talis comissio facta fuerit in aliquo casuum predictorum

ipsa prothocolla exemplare et in publicam formam redigere teneatur iuxta tenorem ipsorum protho
collorum Et intelligantur prothocolla illa que scripta reperiuntur in quaternis sive cartis
signatis signo solito ipsius notarii et si in talibus prothocollis invenirentur alique abrevia
ture aliquarum orationum vel litterarum subaudiantur et extendantur secundum quod ipse no
tarius cuius talia prothocolla fuerint sive sint solitus fuerat facere in instrumentis
publicis per eumdem copiatis de aliis consimilibus suis prothocollis sive rogitibus Et quod
ipse notarius cui huiusmodi commissio facta fuerat de talibus copiaturis exemplationibus
quas fecerit ac etiam de perscrutationibus talium rogituum sive prothocollorum sumere
et percipere possit illam precise quantitatem ad plus quam sumere et recipere posset
si talia prothocolla et rogitus sua propria manu originaliter facta et scripta fuissent
quam observationem etiam in actis iudiciariis alicuius notarii iam defuncti vel etiam
debilitati et impediti ut predicitur volumus [illegible] dici hoc intellecto et declarato in
quolibet casuum predictorum quod huiusmodi commissio fieri non possit nec debeat alicui
notario qui non sit scriptus in matricula notariorum castri masse et si secus fiat ipsa com
missio ipso iure sit nulla Et nihilominus tali notario qui in dicto castro vel villis
continue habitet et in dicta matricula scriptus sit ex integro committitur que omnia
dictus dominus vicarius faciat observari

De inventario faciendo de rogitibus notariorum defunctorum. Rubrica ca. xlvii.

Item statuimus quod quilibet notarius de castro vel villis masse qui nunc habet et in posterum ha
buerit rogitus seu prothocolla alicuius notarii defuncti de castro vel villis predictis teneatur
vinculo iuramenti de dictis rogitibus sive prothocollis conficere publicum instrumentum
in presentia duorum [illegible] si invenerit infra duos menses proxime secutu
ros post diem bandimenti de huiusmodi faciendi et hi qui in posterum habuerint infra
duos menses post diem quo tales scripture ad eorum manus pervenerint in antea computandos
Et eiusdem inventarii in carta pecudina in forma publica copiam [illegible] et exhibere
quatuor castri masse infra tempora supradicta ad penam decem librarum pro quolibet
contrafaciente Et quod dicti [illegible] fieri facere teneantur per eorum notarium unum librum
cartarum pecudinarum et in ipso scribi facere nomina omnium et singulorum notariorum
castri masse vel villarum eius habentium aliquos rogitus et protocolla alicuius notarii
defuncti hoc modo videlicet talis notarius habet libros et protocolla alicuius notarii de
functi ea videlicet que continerentur in bastardello per talem notarium exhibito sub
tali anno et die quam copiam predicti quatuor [illegible] diligenter custodiant et conservent

De notificatione dominis nobilibus et quatuor facienda per notarios de scripturis utilibus pro communi. Rubrica ca. xlviii.

Item statuimus quod quilibet notarius de castro vel villis masse ad cuius manus vel no
titiam pervenerit aliqua scriptura utilis communi masse et ad ipsum commune pertinens teneatur
talem scripturam notificare et assignare dominis quatuor communis masse infra decem dies
tunc proxime subsequentes sub vinculo iuramenti

[illegible] habent[?] et excusant[?]
[illegible]

De Iurisdictionibus Vic. in caus. Criminalib. Re ca. xlviij.

Quia humana superbia manus noxias extenderet in immensum nisi esset minister iustitie qui eius transgressores reprimeret id circo necessario extimaverunt commune castri masse iustitie ministros habere qui malis hominibus eum purgent et maleficia ulciscantur. Igitur presenti lege perpetuo valitura duximus statuendum quod vicarij sive potestates castri masse qui nunc sunt et pro tempore fuerint habeant merum et mistum imperium et omnem iurisdictionem in castro et districtu masse et quod ipse potestas sive vicarius ad maleficia deputatus de omnibus et singulis maleficijs que in dicto castro territorio et districtu masse committerentur tempore sui regiminis et de commissis retro et etiam de homicidio robaria proditione falsitate et arsura commissis retro infra annum possit et [illegible] et cognoscere per accusationem denuntiationem vel inquisitionem et de ipsis et super ipsis dictus vicarius sive potestas cognoscere procedere et pronuntiare possit et debeat diebus quibuslibet tam iuridicis quam feriatis etiam ad dei honorem inductis omnibusque alijs iuris sollemnitationibus pretermissis servata dumtaxat in et super predictis et circa ea censura et forma statutorum comunis masse. Et dictus vicarius sive potestas dicta maleficia penis debitis cohercere ac punire teneantur iuxta tenorem et formam probationum super ipsis causis maleficiorum factarum considerata in ipsis probationibus substantialitate seu essentialitate [illegible] obiectorum ipsorumque probationum. Non autem vel qualitate quacumque circa ipsorum maleficiorum de ipsis imponendorum adgravationem sive allevationem in ipsis accusationibus denuntiationibus vel inquisitionibus apposita vel adiecta quod etiam non probata nihilominus de ipso maleficio iuxta probationis factae mensuram pena debita imponatur.

De Notificatione accusationum denuntiationum et Inquisitionum dominis Prioribus et quatuor facienda. Re ca. xlviiij.

Item statuimus quod vicarij castri masse mittant et mittere teneantur dominis prioribus castri masse de verbo ad verbum copiam sive testificata omnium et singularum accusationum denuntiationum et inquisitionum que de quocumque crimine vel delicto porrigerentur coram eis per quamcumque personam infra secundam diem a die ipsius producte accusationis vel denuntiationis sive formate inquisitionis exclusive in antea numerandam sub vinculo iuramenti exceptis accusationibus de districta vel de contemptu mandati et de damnis datis ad quarum notificationem dicti vicarij minime teneantur. Et domini priores per vinculo iuramenti teneantur semel in mense ad minus facere sibi legi dictas copias et querere ab ipsis vicarijs sive officialibus qui de criminibus sive delictis cognoscunt quid actum et ad quid processum est super eis et monere et suadere ipsis potestatibus quod ipsa maleficia studiose et sollicite investigent et perquirant et inventos culpabiles puniant secundum formam statutorum comunis masse et spondeant ac offerant eis eorum officij auxilium et favorem.

De Citationibus ex bapnimentis in mallijs faciendis et eorum forma et ordine. Et quod pauperes incertis casibus non cogantur dare fideiussores. Re. ca. L.

16v

Statuimus q in citationibus et bandimentis in causis et super causis maleficiorum fiendis procedi debeat modo
et ordine infrascriptis videlicet q quilibet accusatus denuntiatus vel inquisitus contra quem procederet
de aliquo vel super aliquo maleficio de quo pena aliqua imponenda veniret per formam alicuius capituli
statutorum communis masse debeat citari bis diversis diebus et per diversos bayulos dicti communis
personaliter vel saltim ad domum sue solite habitationis aliquo vel aliquibus de sua familia
maiore sive maioribus quatuordecim annorum vel saltim aliquo vel aliquibus de suis con
vicinis etatis predicte audiente sive audientibus q veniat ad se excusandum et defendendum
ab accusa denuntiatione vel inquisitione que fieret contra eum coram vicario vel officiali
qui procederet contra eum infra secundam diem si talis reus habitaverit in castro masse
et infra tertiam diem si in eius villis habitaverit, a die facte commissionis in antea computa
dos ipsa die dicte commissionis in dictis terminis vel aliquo ipsorum minime computata, quas
quidem citationes et quamlibet earum suprascriptos terminos continentes notarius maleficiorum
dicti communis fieri faciant per bayulum in scriptis cum cedula continente totam seriem et qua
litatem maleficii sive maleficiorum cuius vel quorum occasione procederetur. Et ipse bayulus
in singulis huiusmodi citationibus per eos fiendis dictam cedulam citatoriam apud ipsum citatum
si eum personaliter citaverit vel apud domum sue habitationis alicui de dicta familia
vel saltim apud unum de dictis suis convicinis dimittere teneatur. Et si aliter fieret
non valeat ipso iure ¶ Si vero talis accusatus denuntiatus vel inquisitus tunc temporis
non habitaret in castro masse vel eius districtu notificetur per litteram et bayulum dicti communis
ex parte ipsius rectoris sive officialis qui de ipso maleficio procederet contra eum rectori
vel officiali castri vel loci unde talis accusatus denuntiatus vel inquisitus oriundus
esset seu ubi domicilium haberet ex ipsis ipsius communis masse causa propter quam pro
cederetur contra eum et in eisdem litteris certus terminus apponatur arbitrio ipsius
rectoris sive officialis contra eum de tali maleficio procedentis considerata ipsius loci dista
ntia infra quem terminum talis forensis coram tali rectore sive officiali de tali maleficio
cognoscente debeat comparere ad se excusandum et defendendum a tali accusa denun
tiatione vel inquisitione. Qui quidem sic ut premittitur citatus seu cui talis notificatio
facta fuerit si infra aliquem terminum alicuius dictorum citationum seu notificationis pre
dicte coram tali rectore seu officiali comparuerit procedatur in tali causa contra eum ad
ulteriora secundum formam statutorum dicti communis alioquin terminis ipsis elapsis rebandi
atur publice et alta voce premissa cuius bandi hec sit forma videlicet Quoniam talis
de tali loco citatus ex parte talis rectoris sive officialis q veniret coram eo ad se defen
dendum ab accusa denuntiatione vel inquisitione de eo facta et infra citationis terminos
vel aliquem eorum seu infra notificationis terminum non comparuit ideo talis rector
sive officialis [illegible] eum exbandiri de dicto castro et districtu masse in tanta quantitate pe
cunie [illegible] videlicet [illegible] de dicto maleficio imponenda veniret per formam alicuius
capituli statutorum dicti communis [illegible] in ipso bandimento exprimi quantitatem pre
dictam in quo bando remaneat si infra tertiam diem a die dicti bandimenti facti in
antea numerandam ¶ Si talis reus habitaverit in castro masse et eius villis infra ter
tiam diem et infra [illegible] diem si in castro vel districtu predictis non habitaret
coram tali rectore [illegible] officiali non comparuerit [illegible] tali accusationi denuntia
tioni vel inquisitioni [illegible] mandatis [illegible] dicti exbandimenti in dictis
terminis vel aliquo [illegible] infra terminum dicti banni
[illegible] tali rectore sive officiali ad
[illegible] accusationi denuntiationi vel
[illegible] nisi de tali maleficio

Forma banni

agreretur de quo principaliter vel secundario vel in defectu alicuius pene pecuniarie non so
lute pena aliqua personalis sibi imponenda veniret per formam alicuius capituli statuti
communis masse. Verum si talis suo iuramento firmaverit se esse adeo pauperem quod fideiussorem
dare non posset tunc etiam non dato fideiussore aliquo post eius responsionem relaxetur nisi de
tali maleficio agreretur de quo principaliter vel secundario ut dictum est aliqua personalis pena
sibi imponenda veniret vel nisi esset talis casus in quo ipse torquendus venire posset se
cundum formam statutorum dicti communis. Cui quidem reo post eius responsionem assignetur
terminus quinque dierum ad omnes et singulas suas defensiones et probationes faciendas
quem terminum [illegible] arctari non possit nisi ipse reus maleficium ipsum fuerit sponte confessus
et dixerit se omni defensione carere. Post dictum vero terminum super aliquibus probationibus
minime audiatur nisi quatenus rectori sive officiali qui de tali maleficio cognoscit iu
stum et conveniens visum fuerat. Dummodo ipse processus omnino per ipsum rectorem
sive officialem terminetur infra terminum statutorum dicti communis. Teneatur etiam quilibet
rector sive officialis qui de tali maleficio cognoscerit ipsi reo postquam comparuerat quandocumque
ante lapsum termini in dicto rebandimento appositi etiam ante quam tali accusationi denuntia
tioni vel inquisitioni ipse reus responderat seu suo procuratori ad ipsorum vel alterius eorum
petitionem copiam ipsius inquisitionis vel denuntiationis vel accusationis expensis ipsius rei
dari facere ipsa die qua postulata fuerat vel saltim die proxime subsequenti sub pena
[illegible] Post eius vero responsionem tam ipsius accusationis denuntiationis vel
inquisitionis quam etiam ceterorum actorum ipsius cause similiter eadem die vel sequenti qua
ipsa copia fuerat postulata ipsam similiter expensis talis rei dari facere teneatur et nihi
lominus donec talis copia ipsi reo vel eius procuratori data fuerat per talem rectorem sive
officialem ad nullum ulteriorem actum contra ipsum reum in ipsa causa procedatur nec
interim ipsi reo nullus terminus in ipsa causa currat et si secus factum fuerat non te
neat ipso iure. Elapsis vero tam terminis dictarum citationum sive notificationis quam dicte
quam etiam termino bandi talis reus si non comparuerit ex hic vigore et factione presentis
capituli pro contumace habeatur ac reputetur et censeatur legitime convictus de omnibus
et singulis in ipsa accusatione denuntiatione vel inquisitione contentis et proinde talis
rector sive officialis alius contra eum procedens ad sententiam condemnatoriam proce
dere possit et debeat contra eum ac si ipse reus de omnibus et singulis in ipsa accusatione
denuntiatione vel inquisitione contentis esset legitime convictus. Sane si infra terminum
dictarum citationum vel compareret aliquis pro ipso reo coram ipso rectore sive officiali de
tali maleficio cognoscente causam absentie ipsius rei allegans tunc talem excusationem
allegans audiatur prout eidem rectori sive officiali videbitur convenire inspecta qualitate
ipsius maleficii et conditione persone talis rei. Propterea volumus quod de omnibus citationibus
notificationibus rebandimentis preceptis et ambasciatis factis per baiulos communis masse
causis et super causis huiusmodi et aliis quibuscumque ex commissione vel mandato alicuius
rectoris vicarii vel officialis et generaliter de omnibus et super omnibus que ad ipsius
spectat officium credatur et credatur relationi eorundem.

Quod non possit inquiri per aliquem vicarium contra aliquem qui suo tempore
fuit in officio prioratus. Et quod in aliqua causa civili non possit procedi
dum sit in officio prioratus. Rubrica. LI.

Item statuimus quod nullus rector [illegible] possit inquirere contra aliquem [illegible]
ipsius regiminis fuerit [illegible] prioratus [illegible] tamen [illegible]

terminus dandus reo facere responsionem ad faciendum suas defensiones

Nota de iustificatione paupertatis iurando ... paupertatem fideiussorem ... quod etiam non dato fideiussore rel...

terminus XX dierum

quando fides ad relationem baiulorum

[illegible]

aliquem ipsorum maleficium aliquod committeretur. Et non possit procedi criminaliter ut civiliter in aliqua causa aliquis de numero dominorum quatuor castri masse dum ipse fuerit in officio prioratus. Ita tamen quod tempora talis cause sive ipsius prescriptione non currant durante ipso officio sed stent in eo casu in quo erant ante principium sui prioratus.

De Iurisdictione rectoris sive Vicarii ante introitum eorum officii. Rubrica. lii.

Item statuimus quod rector sive vicarius castri masse teneantur et debeant octo diebus ante initium sui officii qualibet die venire et stare in palatio dicti comunis de mane et de sero per aliquam horam ad recipiendum accusationes et denumptiationes maleficiorum que fierent coram eis ac etiam teneantur et debeant ipsi domini potestas sive vicarius per suum notarium rimari facere de deferentibus arma vetita et de ludentibus ad ludum taxillorum contra formam statutorum massae. et processus qui super predictis fieret per eos infra dictos octo dies valeant et teneant ac si facti essent tempore ipsius regiminis non obstante iure aliquo in contrarium loquente.

In quibus Casibus Potestas sive Vicarius Castri Masse habeat Arbitrium. Rubrica. liii.

Item statuimus quod potestas sive vicarius castri masse habeat arbitrium investigandi et inveniendi maleficia infrascripta et quodlibet ipsorum videlicet homicidium falsum robariam incendium adulterium et stuprum. Et hoc intelligatur si predicta maleficia vel aliquod predictorum fuerint sive fuerit et essent perpetrata sive perpetratum de nocte. Habeant quoque arbitrium contra quemlibet inhibentem per se vel alium alicui tacite vel expresse emptionem venditionem locationem conductionem seu quamcumque aliam concessionem acquisitionem vel alienationem alicuius rei sive cuiuscumque generis contractum de re vel super re aliqua faciendum quocumque modo iure vel titulo. et contra inhibentes seu minas vel terrorem aliquem inferentes per se vel alium alicui laboratori ne terram vineam sive fundum alicuius laboret et contra inferentes vel inferri facientes alicui predictorum aliquam de dictis causis occasionibus tunc ante vel postea aliquam iniuriam molestiam seu offensam personaliter vel nuntiis dicto vel facto et contra omnes violentiam aliquam in personis vel rebus alterius committentes de quibus omnibus et singulis dicti potestas seu vicarius sollicite teneantur inquirere qualibet mense sui regiminis et veritatem investigare ab hominibus fidedignis quorum dicta secreta teneantur ita tamen quod contra aliquem qui de predictis vel aliquo predictorum fuerit inculpatus non possit procedi ad torturam nisi habitis primo contra eum aliquibus legitimis indiciis vel saltim uno legitimo indicio quibus vel quo precedentibus vel precedente ad ipsam torturam procedi possit contra talem reum secundum formam statutorum dicti comunis de dicta materia loquentium.

possit ad torturam procedi nisi primo habitis contra eum legitimis indiciis vel saltem uno legitimo indicio

De hiis qui excipiunt a penis. Rubrica. liiii.

Item statuimus quod de offensionibus et delictis quibuscumque commissis et committendis inter infrascriptas personas potestas seu vicarius non possint procedere sive cognoscere vel punire videlicet inter ascendentes et descendentes cuiuscumque gradus sint inter fra[tres]

et alios collaterales usque in tertium gradum inclusive, inter maritum et uxorem, inter affines
in gradu generis affinitatis usque in secundum gradum inclusive, inter magistrum et discipulum,
inter amasium et amasiam, inter minores duodecim annorum, inter aliquos qui sunt et
morantur in eadem familia, vel si quis offenderet ioculatorem vel ioculatricem seu me-
retricem publice meretricantem vel minorem quindecim annorum, vel si minor duodecim
annorum offenderet maiorem duodecim annorum, et predicte offensiones sint omnino
et totaliter impunes in predictis casibus et quolibet eorum inter predictas personas
nisi fieret voluntaria accusatio per talem offensum vel patrem ipsius. Ita tamen quod eo
casu ab ipsa accusatione possit talis accusator impune desistere quandocumque voluerit
usque ad sententiam, quo desistente super ipsa accusatione ulterius procedi non possit, sed
eo casu possit et debeat pronuntiari per iudicem de tali maleficio cognoscentem
super tali accusatione non esse ulterius procedendum, et quod talibus personis accusatis quando
ipsi accusationi renuntiatum non esset pena possit imponi arbitrio iudicantis, dummodo idem
iudicans non excedat penam statuti communis Masse, sed eam minuere possit eius arbitrio
et voluntate, considerata qualitate ipsius facti et conditione personarum. Possint tamen et
debeant dictique vicarius et potestas ad maleficia deputati etiam contra dictas personas et
quamlibet earum tam per accusationem quam etiam denuntiationem vel inquisitionem de et
super infrascriptis maleficiis et quolibet eorum, videlicet pro homicidio, membri amputatione,
debilitatione, percussione facta cum sanguinis effusione cum infrascriptis armis vel
aliquo eorum, videlicet spata, cultello, maza ferrata, lancea, spiedo, falcione, mandaria, rosea
accepta, balista, vanga, pala ferrea, bidente, zappa, pugnelone, pichone, martellino, bastone
ferreo vel aliis his similibus armis sive instrumentis ferreis, in quibus casibus et quolibet
eorum predicti vicarii seu potestates et quilibet eorum qui de talibus maleficiis seu aliquo eorum
cognoscerent possint suo arbitrio tali malefactori penam imponere, consideratis facti et
qualitate et conditione persone ipsius malefactoris, dummodo pena que de tali maleficio ordinarie
communiter et generaliter per formam statutorum dicti communis imponeretur nullatenus
excedatur. Et quod huiusmodi processibus qui fierent de dictis maleficiis cum dictis armis vel
eorum aliquo perpetratis nulla renuntiatio per aliquem fieri possit, et si fieret non valeat
ipso iure. Sed ea non obstante qui de tali maleficio cognosceret nihilominus sine ea pro-
cedere teneatur. Declarantes quod ubi supra loquitur de minoribus non intelligatur
de minoribus decem annorum, de quorum excessibus et maleficiis per eos commissis et committendis nulla
pena aliquatenus imponatur, nec de ipsis seu ipsorum occasione per aliquem rectorem
seu officialem dicti communis contra eos cognosci sive procedi possit vel debeat quoquo
modo. Volumus insuper statuentes quod hec omnia prevaleant et derogatum sint omnibus
aliis statutis et ordinamentis et reformationibus dicti communis in contrarium facientibus.

De questionibus sive tormentis reorum et quo casu reus post primam confessionem reputetur ficte confessus. Rubrica capitulum LV.

Quamvis in maleficiis perquirendis investigandis et reperiendis interdum iustum sit adhi-
bere tormenta, non tamen passim et indifferenter est questio adhibenda. Nullus re-
torqueri possit nisi in infrascripta forma in casibus infrascriptis, videlicet pro proditione, con-
iuratione, conspiratione, tractatu, seditione, subversione sive turbatione pacifici status
castri Masse vel eius villarum, nisi pro robaria, furto, homicidio, falsitate, stupro, raptu
virginum et quarumlibet honestarum mulierum, et nisi pro incendiis vel ...

Nota

De abolitionibus accusationum usque ad finem procedendis

De abolitionibus ...

Minores intelligendi ... annorum

dolose perpetratis et nisi pro fractura carcerum comunis vel sive monasteriorum vel aliarum
sacrarum domorum et nisi pro sanguinolentis percussionibus sive vulneribus et nisi pro membri
incisione sive debilitatione et nisi pro iniuria illata contra aliquam personam moniale(m) vel
sive reclusam volumptarie ad penitentiam agendam. ac etiam nisi pro violentiis in quibus casibus
et quolibet ipsorum possit potestas et vicarius maleficiorum qui de aliquo predictorum criminum cognosceret
reum ipsum torquere et torqueri facere ita tamen quod non incipiant ab ipsis tormentis sed ex
nimium legitimis precedentibus indiciis in quorum tormentorum moderamine respiciant ut neque durius
neque remissius questionem adhibeant quam ipsius maleficii qualitas, divitias vel fragilitas postulet
tormentandi severitatis vel clementie gloriam minime affectantes in ceteris autem casibus a tor-
mentis prorsus abstineant nec aliquo genere tormentorum seu aliquo tedio vel gravamine quemquam
afficiant seu affici faciant vel permittant ad penam decem librarum pro quolibet eorum contra
faciente cum etiam eo casu confessio a tali tormentato seu gravato extorta ipso iure sit
nulla nec eius pretextu aliqua condemnatio fieri possit et si fieret ipso iure sit nulla
et quod quis fuerit tortus sive tormentatus seu aliter gravatus contra formam predictam
sit sufficiens probatio fama publica probata per sex testes fidedignos in quorum numero non pos-
sit esse aliquis qui per talem rectorem sive officialem fuerit in aliquo condemnatus nec aliquis
eius consanguineus usque in tertium gradum inclusive ex quocumque parente. Cum vero
plerumque accidit quod reus in prima sua comparitione et responsione maleficium ipsum ne-
gat et fideiussoribus ab eo datis recedit deinde contra eum superveniunt inditia suffici-
entia ad torturam nec se postea [illegible] dicto representant presenti capitulo duximus providendum
quod in casu huiusmodi non obstantibus comparitione responsione et satisdatione predictis
talis reus ex integro de novo citetur ex parte talis rectoris sive officialis de tali maleficio
cognoscentis quod infra secundam diem tunc proxime secuturam ipsa die citationis producte
in dicto termino minime computata compareat coram eo ad respondendum iterato tali accu-
sationi denumptiationi vel inquisitioni per eum et super qua contra eum procederetur ad ip-
sum maleficium confitendum sive ad subeundum torturam cum contra eum supervene-
rint legitima inditia ad torquendum eundem quo termino elapso si talis reus non com-
paruerit ex tunc auctoritate et fictione presentis capituli habeatur et censeatur legitime
convictus de omnibus in ipsa accusatione denumptiatione vel inquisitione contentis et tamquam
legitime convictus ex tunc de tali maleficio per talem rectorem sive officialem possit
vel debeat condemnari que locum habeant in maleficiis specificatis et quolibet eorundem

Quod nullus possit cogi vel carcerari si voluerit dare fideiussores nisi in certis casibus. Rubrica capitulum lvi.

Item statuimus quod potestas sive vicarius vel officialis capta [illegible] non cogat nec detineat
nec cogere vel detinere possit in palatio dicti comunis nec in carceribus fecerit vel facere
possit si voluerit dare fideiussores idoneos ipse vel alius pro eo de sua condemnatione
solvenda secundum formam statutorum dicti comunis nisi in casibus in quibus tormentatio
est permissa secundum formam statutorum predictorum et si rector vel officialis contra
traxerit puniatur qualibet vice in quolibet dictorum casuum

De multa imponenda per potestatem sive vicarium vel notarium inobedientibus. Rubrica capitulum lvii.

Item statuimus quod potestas sive vicarius et notarius et quilibet ipsorum possint multare
[illegible] non obtemperantes et inobedientes in suo officio usque in mensuram ipsius summam ad plus
[illegible] dicti potestas et vicarius et quilibet ipsorum usque in summam decem solidorum et
[illegible] tamen moderamina et qualibet vice notarius autem in quinque solidis prout

ets videbitur considerata in predictis qualitate talis inobedientie et conditione persone talis inobe
dientis ipsas mulctas a talibus inobedientibus de facto exigere absque formatione alicuius processus
uel promulgatione alicuius sententie saluis alys capitulis statutorum dicti comunis maiorem penam
imponentibus de huiusmodi inobedientys quibus presens capitulum volumus derogare

De modo examinandi testes in criminalibus et ipsorum publicatione
Rubrica. lviii.

Item statuimus quod potestas siue vicarius uel notarius qui modo sunt et pro tempore fuerint te
neantur et debeant testes in quacumque causa criminali productos legaliter fideliter et diligenter
examinare et eorum dicta puro simpliciter et extense prout ipsi testes uerba protulerint per no
tarium maleficiorum scribi facere qui quidem notarius depositionem siue attestationem alicuius
testis scribere non debeat sub hac forma videlicet dixit uera esse que in dicta accusatione
denuntiatione uel inquisitione seu que in dicto articulo continentur sed per extensum dictum
testis scribere debeat et semper testes de his et super his de quibus testificatus fuerit se aliquid
scire interrogetur in causa scientie et quod testes producti in causis criminalibus non publicent
infra illos viginti dies continuos qui dantur reo ad suam defensionem faciendam

De pena testium non uenientium ad ferendum testimonium ueritatis et de expensis ipsis testibus faciendis. Rubrica. lviiii.

~~De pena offendentis potestatem uel vicarium seu officiales. Rubrica. lviiii.~~

Item statuimus quod si quis testis citatus fuerit bis et non uenerit ad testimonium perhibendum et non
uenerit in viginti solidis denariorum corton. puniatur Item si quis testis uenerit ad perhibendum
testimonium ad petitionem alicuius et dicta de causa steterit in castro masse ultra unam diem
pars ad petitionem cuius talis testis dicta de causa uenerit cogatur ad soluendum ipsi testi pro
suis expensis duodecim denarios pro qualibet die de qua steterit ultra unam diem Et quod vicarij
coram quibus tales cause vertentur seu notarij quibus ipse examinationes comisse fuerint
in aliquo casu secundum formam sue comunis seu statutorum comunis masse concesse tene
antur examinare ipsos testes quam citius poterunt Et quod ipsi vicarij et notarij quibus talis exami
natio facienda incumberet in ipsis testibus examinandis post protestationem eis apertam per
producentem factam si fuerint negligentes teneantur ipsi parti omne suum damnum et inter
esse restituere Et quod nullus testis possit cogi vel detineri in palatio ultra decem dies causa siue
occasione testimonij per eum ferendi

De consensu patris uel Curatoris non requirendo in processibus filiorum familiam uel minorum. Rubrica. lx.

~~De pena offendentis aduocatum uel procuratorem statutarium seu scriptorem arengatorem aut officiales comunis Masse citra mortem~~

Item statuimus quod de omnibus et singulis maleficijs comissis seu que comissa esse dicerentur per filios
[illegible] vel filios familias possint potestas siue vicarius ad maleficia deputati procedere contra
eos etiam sine consensu et auctoritate patris uel curatoris eorum et [illegible] processus [illegible]
que inde sequerentur valeant et teneant non obstante defectu dicti consensus et [illegible]
quod dicti filij familias et minores possint in dictis et super dictis causis tam principaliter [illegible]
pellationis recursum siue defensionem et [illegible] sua producere et probationes [illegible]
etiam absque consensu et auctoritate predicta Et si talis filius familias condemnatus [illegible]
condemnationem de suo soluere non posset teneatur et [illegible] possit et debeat eius pater [illegible]
demnationem soluere de portione legitima ipsi filio tunc competente [illegible]

iure nature in bonis ipsius patris vissis in concurrentem et equivalentem sententiam dicte sue legitime portionis habendo in ipsa exactione et executione respectivum ad bona que ipse pater tempore executionis et exactionis predicte fieri

Quod procedatur de similibus ad similia. Rubrica lxi.

Item statuimus quod si aliquod maleficium per aliquam personam committeretur de quo non esset imposita aliqua determinata pena per aliquod capitulum statutorum comunis Masse possit et debeat potestas sive vicarius qui de tali maleficio talem malefactorem punire ad similitudinem pene que per formam alicuius capituli statutorum dicti comunis de simili maleficio imponenda veniret. Si vero de simili maleficio non reperiretur aliqua determinata pena imposita per aliquod capitulum statuti dicti comunis eo casu si ipsi potestati sive vicario qui de tali maleficio cognosceret iustum sive equum fore videbitur de ipsa pena imponere usque in summam decem librarum cortonensium inclusive ad plus consideratis in casu huiusmodi facti qualitate ac conditione persone talis malefactoris et aliis circumstantiis oportunis

De pena non probantis accusam. Rubrica lxii.

Item statuimus quod si quis accusaverit unum vel plures de aliquo crimine falsitatis et ipsam accusam contra omnes et singulos in ipsa accusatione contentos non probaverit puniatur pro quolibet tali accusato per rectorem coram quo eam porrexerit vel eius successorem in quinta parte pene in qua talis accusatus pro tali maleficio si de eo legitime constiterit veniret condempnandus secundum formam alicuius capituli comunis Masse. Et quod talis rector huiusmodi accusationem minime admittere teneatur nisi talis accusator coram eo idonee caverit de ipsa accusatione probanda sub pena predicta. Ita tamen quod si quis voluerit accusare aliquem testem de aliquo falso testimonio per eum lato super aliqua causa criminali possit et debeat ipsum accusare coram dicto rectore sive officiali tantum coram quo ipse falsum testimonium [illegible] tulisset vel eius successore et etiam possit accusare coram arbitro et arbitratore. Preterea si quis alium de turbatione seu molestatione sive alicuius possessionis vel tenute accusaverit et demum propter defectum probationis ipsius accusatoris talis accusatus diffinitive fuerit absolutus eo casu talis accusator penam quatraginta soldorum pro quolibet tali accusato ipso facto incurrat. Statuentes quod in quolibet dictorum casuum in penis predictis taliter accusator non probans in eadem absolutoria sententia de tali accusato ferenda debeat condempnari. In aliis vero casibus propter probationis defectum accusator in nihilo puniatur.

Quod de quolibet maleficio exceptis quibusdam possit fieri pax de eius beneficio. Rubrica lxiii.

Item statuimus quod de quolibet maleficio possit fieri pax inter partes infra decem dies a die ipsius commissi maleficii in dicto termino minime computata. Qua quidem pace infra dictum terminum facta et subsequenter coram rectore sive officiali de ipso maleficio cognoscente per ipsum vel eius procuratorem ante sententiam in publicam formam productam minoratur ipsi reo et in quantum ipsum maleficium sponte pure et simpliciter in sua prima comparitione et responsione in iudicio confessus fuerit dimidia parte pene sibi aliquo de ipso maleficio imponende et alio beneficio pacis reus ipse ab ipsa pena in nihilo relevetur. Ita tamen quod in homicidio per quecumque et contra quemcumque commisso seu etiam in quocumque maleficio perpetrato inter aliquem magnatem et potentem habitum secundum

dum formam statutorum dicti communis ex parte una et inter aliquem popularem et habitum pro
popularem secundum formam statutorum dicti communis ex altera pax facta quo ad diminutionem
sive alienationem pene de tali maleficio imponende in nihilo prosit sive prodesse valeat quoquo
modo nec eius beneficio talis reus ab ipsa pena relevetur

De modo servando in sententiis ferendis in criminalibus. Rubrica. lxiiii.

Item statuimus quod potestas sive vicarius qui de aliquo maleficio cognosceret possit statim postquam
sibi de tali maleficio constiterit secundum formam alicuius capituli statuti masse de ipso et super
ipso sententiam condemnatoriam promulgare dummodo ipsam sententiam non ferat antequam
terminus statutus reo ad ipsius defensionem lapsus fuerit et quod ipse teneatur omnes causas
criminales tam meras quam mistas coram eo initiatas per accusationem denuptiationem vel
inquisitionem infra duos menses continuos a die ipsius porrecte accusationis vel denuptiationis sive
formate inquisitionis in antea numerandos nec non veteres et pendentes a die sui initiati
regiminis computandos sententialiter prout iustum fuerit terminare seu infra breviorem
terminum in illis videlicet casibus in quibus per formam alicuius capituli statuti dicti communis
brevior terminus reperiretur statutus

De sententiis non ferendis in civilibus criminalibus ultimis xv diebus. Rubrica. lxv.

Item statuimus quod potestas sive vicarius castri masse non possit aliquam sententiam conde
natoriam vel absolutoriam ferre ultimis quindecim diebus eorum vel alicuius eorum regiminis
nec in aliquo dictorum quindecim dierum et hoc idem servare debeant per eorum et cuiusque eorum
officiales in civilibus vel criminalibus causis litibus et questionibus vertentibus coram eis

In quibus casibus pene dupplicentur. Rubrica. lxvi.

Item statuimus quod siquis commiserit contra aliquam personam aliquod maleficium de quo
ex forma alicuius capituli statuti communis masse ad mortem preter simpliciter et preapse
ipse malefactor condemnandus non veniret in aliquo de infrascriptis locis temporibus seu casibus
videlicet in platea communis masse sive in aliquo palatio dicti communis in quo habitaret ipse
potestas sive vicarius vel in aliquo foro dicti communis vel in palatio vel ante dominorum
priorum aut in ecclesia vel ante aut in cimiterio beati felicis huius castri protectoris seu si
in aliqua vinea vel in aliquo campo vel orto alterius taliter offenderit dominum vel condu
ctorem talis vinee campi vel orti seu eius uxorem vel familiarem seu in aliqua ecclesia castri masse
vel post sonum campane que solita est pulsari de sero pro penis duplicandis usque ad sonum cam
pane que pulsatur de mane seu aliquam personam dum iret vel staret ad aliquod funus sive
dum inde rediret sive aliquem dum iret ad aliquod palatium dicti communis occasione alicuius ci
tationis seu monitionis de eo facte per aliquem rectorem vel officialem communis predicti sive in
die sancti felicis vel eius vigilia sive in die festivitatis domini nostri yesu christi sive in
die festivitatis paschatis resurrectionis eiusdem sive in die veneris sancti in quo dominus
noster yesus christus crucifixus fuit si aliquem ambassiatorem quando vadit occasione
alicuius ambassiate dicti communis hoc intellecto quod palatium communis masse intelligatur
quelibet domus in qua maneret potestas sive vicarius vel aliquis officialis communis masse
ad aliquod officium dicti communis exercendum decernentes locum habere in ipsis maleficiis

vice constet sine fictione et potestate alicuius capituli statuti dicti comunis ipsa maleficia haberi et
censeri debeant pro comissis maxime quoad penas de ipsis maleficiis imponendas.

Quod non solventes condepnationes infra certum tempus incurrat quartum Et quod condepnatio non cancelletur donec fuerit soluta cum quarto. Rubrica. lxvii

Item statuimus quod in omnibus et singulis sententiis condemnatoriis pecuniariis applicandis comuni
masse faciendis per quoscumque rectores seu officiales dicti comunis currat quartum non solventibus
ipsas condemnationes que de eis fierent infra decem dies continuos a die et post diem
ipsius condemnationis facte et non sequentie inmediate sequentes non obstante quod ipsi rectores
sive officiales de pena dicti quarti in ipsis sententiis nullam fecerint mentionem dummodo pre
dicta locum non habeant in sententiis condemnatoriis in quibus continentur quod si ipsi
condemnati non solverint et fiat contra eos aliqua executio personalis quo quidem casu
dictum quartum non currat hoc etiam intellecto quod si infra dictum terminum appellaretur vel
recursus haberetur ab aliqua sententia condemnatoria et dicta condemnationis sententia fue
rit per iudicem appellationis et recursum confirmata in totum vel in partem non intelligat
in ea currisse dictum quartum in termino supradicto sed currat dictum quartum non
solventi condemnationem eandem infra decem dies continuos numerandos a die et post
diem confirmationis ipsius sententie et non sequentie inmediate sequentes et quod nulla condemna
tio cancelletur vel cancellari debeat nisi tota ipsa quantitas condemnationis ipsius cum dicto
quarto si ipsum quartum fuerit in ea decursum primo fuerit camerario dicti comunis inte
graliter persoluta Et quod notarius camere dicti comunis teneatur et debeat vinculo iuramenti
ad penam decem solidorum pro qualibet vice qua contrafecerit scribere manu propria in margine
cuiuslibet condemnationis a qua fuisset habitus recursus

De condepnationibus exigendis. Rubrica. lxviii

Item statuimus quod potestas sive vicarius per se et eorum officiales teneantur exequi pro posse
cum effectu et camerario dicti comunis solvi facere omnes et singulas condemnationes
factas per eos vel alterum eorum sive per precessores suos citius poterint detinendo et cohercendo
personaliter solvere debentes et eorum fideiussores nec non capiendo pignorando et usque in inte
gram solutionem committendo, ac etiam committantur pro posse per se suosque officiales prosequi
banditos et condemnatos capi facere pro executione et exactione ipsorum bonorum et eandem
naturam. Teneantur quoque potestas sive vicarius diligenter exquirere a quatuor massariis
si exigunt dicti comunis de bonis ipsorum exbanditorum et condemnatorum et quilibet dictorum massariorum
precipere quod debeant infra certum tempus per eos assignandum eisdem in his referre et no
tificare omnia bona que tales exbanditi et condemnati haberent in dicto castro vel villis
et si dicti massarii predicta omnia non fecerint puniantur in decem libris denariorum pro quolibet
eorum contrafacientem et etiam in maiori et minori quantitate ad arbitrium ipsius domini po
testatis seu vicarii [illegible] qualitas ipsius facti et inobedientie exigeret Insuper teneantur omnes
et singuli laboratores seu detentores terrarum ipsorum exbanditorum et condemnatorum pre
dictis potestati seu vicario denuntiare et manifestare bona predicta que quoquomodo
[illegible] eis tenerent vel laborarent nec non omne id quod haberent solvere tali exbandito

et condemnato tam pro tempore preterito quam futuro illud quoque soluere et consignare tempore
debito dicto camerario pro condemnatione talis exbanditi et condemnati ita tamen quod de
omni et toto eo quod solutum fuerit pro tali exbandito uel condemnato per aliquem suum
debitorem sit et esse intelligatur ipse soluens a tali suo creditore et bandito et con
demnato ipso iure auctoritate et fictione presentis capituli absolutus et liberatus et
predicta locum habeant in omnibus casibus in quibus bona aliquorum exbanditorum et con
demnatorum comunis masse pro maleficio deberent applicari et confiscari ipsi comuni
Et qui predicta non seruauerit condemnetur ipsi comuni etiam in decem libris cortonensium
Preterea uolumus quod bona talium exbanditorum uel condemnatorum exempta per predictos
teneantur dicti potestas et vicarius scribi facere in quodam libro nomina omnium con
demnatorum dicto comuni et talem librum habere debeat tam suarum condemnationum quam etiam
precessorum presens capitulum intelligatur nisi a dictis condemnationibus esset appellatum
ad superiorem quo casu seruetur ius comune et appellans facta appellatione terminum
habeat sexaginta dierum ad inhibitoriam presentandam iudici a quo appellatum est et
[illegible] ad suam appellationem prosequendum et finiendum ueluti iura testantur
Et hoc volumus seruari in omnibus sententiis tam interlocutoriis quam diffinitiuis et
grauaminibus a quibus infra decem dies appellatum esset uel fuerit et officialis qui contra
fecerit priuatur vinculo iuramenti in illa pena inquam incurrerint vigore statuti falsi iurantes

Terminus datus ad prosequendum appellationem

Appellationes

De pena insultantis uel iniuriantis aliquem. Rubrica. LXVIII.

Item statuimus quod quicumque insultum fecerit contra aliquem ad domum ipsius insultati uel sue habi
tationis uel ad apothecam in qua talis insultatus aliquam artem uel mercaturam exerceat seu ad
fundum uel rem aliam inmobilem ipsius insultati siue ab eo possessum seu possessam seu quem
uel quam tamquam partiarius colonus seu ad aliquem annuum redditum colerent uel alio iure sibi
detineret siquidem cum armis et non percusserit nec ea extraxerit nec ad ipsa manum imposuit
in viginti quinque libris cortonensium puniatur et si arma ipsa extraxerit puniatur in duplo.
Si autem ea non extraxerit sed stranxerit uel ad ea manum posuerit puniatur in triginta
libris cortonensium Et si sine armis et non percusserit puniatur in decem libris cortonensium Si uero
alibi quam in aliquo de infrascriptis et suprascriptis locis quis aliquem insultauerit puniatur
in quolibet dictorum casuum in dimidia dictarum penarum declarantes insultum factum esse debere
intelligi ad domum uel apothecam predictam si factus fuerit circa [illegible] ipsius domus uel
apothece seu extra et prope ipsam domum uel apothecam [illegible] per mediam perticam ad me
suram comunis masse siue propinquius Ad fundum autem uel aliam rem predictam in
mobilem si factus fuerit extra et prope ipsum fundum uel aliam rem inmobilem per tres
pedes ad mensuram pedis dicti comunis Si uero [illegible] fuerit intus dictam domum apothecam
fundum uel aliam rem inmobilem puniatur insultans in quolibet dictorum casuum in duplo pene
supra contente Si uero post talem insultum absque temporis interuallo [illegible] fuerit percussio
ex parte talis insultantis contra ipsum insultatum cum armis uel sine in aliquo dictorum locorum
non tamen quod ex ea uel ob eam mors fuerit subsecuta [illegible] talis malefactor puniatur de ipsa
percussione tantum et non de ipso insultu in infrascripta pena videlicet quod si talis [illegible] fuerit
ad domum uel apothecam puniatur pena dupli Si uero intus ipsam domum uel apothecam
puniatur in quatruplo eius pene [illegible] et [illegible]

E [illegible]

91v

Se insultum ad ipsum. uel intra ipsum fundum uel aliam rem predictam imobilem preter domum uel apothecam talia fuerint perpetrata puniatur in duplo pene predicte dummodo ipsa pena que in aliquo dictorum casuum de dicta percussione tantum imponeretur non sit minor ea pena que de solo ipso insultu absque aliqua alia offensione sequenti imponenda veniret per formam alicuius capituli statuti masse. hoc intellecto quod ea que supradicta sunt de insultu facto ad domum uel apothecam predictam locum non habeant si talis insultator habitaret iuxta siue prope ipsas domum uel apothecam saltim per unam perticam cum dimidia ad dictam mensuram siue cum ipsa domo habitaret uel in ipsa apotheca suam artem uel mercantiam simul exerceret cum eo que taliter insultasset quod ea que supradicta sunt de insultu facto ad dictum fundum siue ad aliam predictam rem inmobilem preter domum et apothecam similiter non uendicent sibi locum in illo insultatore qui in tali fundo uel alia re predicta imobili cum ipso quem taliter insultasset aliquam communionem haberet uel simul cum eo ipsum siue ipsam ad laborandum et gubernandum teneret. Insuper si quis cum armis animo offendendi conuocatis et collectis a quatuor supra contra aliquem apud domum sue habitationis seu apud apothecam in qua suam artem uel mercaturam exerceret bellauerit siue preliatus fuerit causa ingrediendi uiolenter in ipsam domum uel apothecam pro offendendo eundem dato quod finaliter in eam non intrauerit nec etiam eum percusserit nihilominus pro tali bello seu prelio in quingentis libris cortonen. uice qualibet puniatur et qui eum associauerit ad predicta in centum libris cort. pro quolibet puniatur et etiam in maiori et grauiori pena ad arbitrium domini potestatis siue maioris communis masse. de tali maleficio cognoscentis considerata qualitate talis maleficii et conditionibus personarum ipsorum malefactorum et aliis circumstantiis oportunis. Preterea uolumus quod si quis intra domum uel apothecam alienam aliquem offenderit puniatur in duplo pene que per formam alicuius capituli statuti dicti communis de tali maleficio communiter et regulariter imponenda ueniret. Statuentes quod cuilibet liceat omnem personam recipientem in sua domo habitationis seu in apotheca in qua suam artem siue mercaturam exercet seu in fundo uel alia re imobili [illegible] uel quam etiam pro alio uel alieno nomine ad laborandum teneat defendere ac offensori tales persone pro posse resistere ne ibi talem personam offendat et si predicta occasione talem offensorem offenderet nullam penam patiatur dummodo talis resistentia uel offensio fiat cum moderamine inculpate tutele ita tamen quod talis resistentia seu defensio fieri non possit pro aliquo seu in fauore et tutelam alicuius qui tunc esset exbanditus et condemnatus dicti communis pro aliquo maleficio perpetrato pro districtu uel ante prius mandati. Decernentes et declarantes insultum debere intelligi quando aliquis irato animo mouendo se de loco ad locum contra alterum uadit causa offendendi eundem.

Nota bene hic quod ecce quere ad domus in apothecas al... a ... super ea ... ... puniendi

De pena offensionum et excessuum personalium. Rca. lxx.

Item statuimus quod si aliquis communis masse uel eius uillarum amputauerit uel absciderit aliquod membrum seu nasum uel oculum abstraxerit uel aliquo modo excecauerit in libris quadringentis cort. puniatur pro quolibet tali membro. Et si ambas manus uel ambos pedes ei amputauerit siue absciderit uel ambos oculos ei extraxerit siue excecauerit in mille libris cort. puniatur. Et si auriculam uel aliquem digitum ei amputauerit puniatur in infrascripta pena. videlicet pro pollice uel digito grosso absciso uel amputato in ducentis libris cort. et pro quolibet alio digito in libris centum quinquaginta cort. Et pro qualibet auricula absissa uel amputata in libris ducentis cort. puniatur. Et si dictam penam in quibus aliquo uel ... talis malefactor non soluerit infra decem dies a die talis condemnationis facte

et non sciente in antea numerandos ipsa die dicte condemnationis facte in dicto termino minime
computata simile membrum seu similia membra seu similis auricula sive similis digitus sibi de
beat sive debeant amputari extrahi sive cecari et sic in eo et eo modo puniatur in quo et prout
deliquit. Si vero aliquem digitum pedis abscideret vel amputaverit pro quolibet tali digito
in libris septuaginta cortonensium in quolibet puniatur. Si vero alio modo quam per amputationem sive
detruncationem membrum aliquod eidem totaliter inutile fecerat in ducentis libris cort. pro
quolibet membro taliter inutili effecto puniatur. Si autem non taliter ipsum debilitaverit sive
inutile fecerat sed in aliquo tantum in centum viginti libris cort. pro quolibet membro taliter
debilitato puniatur. Si vero aliquem digitum eius manus aliter quam per amputationem sive
detruncationem prorsus inutilem fecerat in centum libris pro quolibet digito puniatur. Si vero
non totaliter sed in aliquo tantum ipsum digitum debilitaverit in quinquaginta libr. cort. pro
quolibet digito taliter debilitato puniatur. Si vero digitum pedis aliter quam per amputationem
sive abscisionem inutilem fecerat vel debilitaverit totaliter vel non totaliter puniatur in dimi
dio eius pene qua puniretur secundum formam premissam si aliquem digitum manus totaliter
debilitasset sive inutilem fecisset. Et si aliquod membrum dissoluerit sive spatulam sive ancam
vel coxam vel aliud eis simile in libris centum cort. pro ipsare quolibet puniatur. Si vero
costam fregerit sive dissolverit in libris centum pro ipsa quolibet puniatur. Et si digitum
manus dissolverit in libris viginti quinque cort. puniatur. Si quis digitum pedis dissolverit
in libr. quindecim cort. puniatur. Si autem os sive ossum cruris tibie brachij coxe
sive spalle vel anche vel aliud his simile fregerit in libris centum viginti quinque cort.
puniatur. Si quis vero cum spata spontono trafereri stiletto lancea maza ferrata ma
naria securi falcione cultello accepta bidente vanga vel cum alio simili instrumento
ferreo sive cum lapide pugnalone bastone ligneo vel alia simili re percusserit aliquem
a spatulis supra et inde sanguis exierit in centum quinquaginta libr. cort. puniatur
et si sanguis non exierit in libris septuaginta cort. puniatur. Et si per talem percussione
in terram ceciderit eo casu talis percutiens in libris centum cort. puniatur. Si autem
ex percussione facta in capite cum aliquo dictorum armorum sive instrumentorum vel eis similium
occiaha ipsius capitis fracta fuerint seu fracta fuerint ex percussione facta cum aliquo eorum
in facie si remanserit signum manifestum seu cicatrix perpetua in ipsa facie remansuri
sive remansura sic puniatur talis malefactor in quolibet dictorum casuum per qualibet tali per
cussione seu pro quolibet tali vulnere in trecentis libris cort. quam penam nisi dederit
hec a die talis late sententie in uno termino non computato dictus malefactor non solvat
cum effectu amputetur eidem manus cum qua talem percussionem fecit seu tale vulnus
intulit ita quod a brachio separetur. Si vero in spatulis vel ab inde infra aliquem percusserit
et propterea sanguis exierit in centum libris cort. puniatur. Si sanguis non exierit
in libris quinquaginta denariorum cort. puniatur. Et si per talem percussionem ille percussus
in terram ceciderit eo casu talis malefactor in libris septuaginta cort. puniatur. Si
autem cum gladio feritorio spata spontone stiletto trafereo quatrello lancea
vel alijs consimilibus armis punctorijs sive per punctam aliquem percusserit et sanguis
inde exierit puniatur talis malefactor pro qualibet percussione in libris du
centis cort. Si vero sanguis non exierit in libris centum cort. puniatur. Et
si cum cypello coreggia canna virga vel alia re consimili aliquem feriens percusserit
a spatulis supra et propterea sanguis exierit in libris triginta cort. puniatur.
Et si sanguis non exierit in libris quindecim cort. puniatur. Et si in spatulis

Sinistro digitum pedis

Si manu[m] uacua a spatulis supra

Si a spatulis infra

Si q[ui]s cepit aliquem per capillos

Si cepit p[er] personam

ab inde infra propterea sanguis exierat in decem libris cort[onensium] puniatur Si uero sanguis no[n] exierat
puniatur in dimidia dicte pene Et si manu uacua a spatulis supra aliquis aliquem percusserit et
propterea sanguis exierit puniatur in quinquaginta libris cort[onensium] et si sanguis non exierat puniat[ur]
in uigintiquinq[ue] libris cort[onensium] Si uero a spatulis uel ab inde infra et propterea sanguis exierat
puniatur in libris decem cort[onensium] Et si sanguis non exierat puniatur in libris quinq[ue] cort[onensium] Si uero
ceperit aliquem per capillos non tamen eum in terram cadere fecerit puniat[ur] in decem libris Si uero
p[ro]p[ter] talem capturam in terram occiderit puniatur talis malefactor de predictis captura et casura
siue caditura in libris uiginti cort[onensium] Et si postq[uam] occiderit eum per terram traxinauerit talis ma
lefactor de predictis et pro predictis omnibus in quinquaginta libris cort[onensium] puniatur Si q[ui]s aut[em]
manu plena contra aliquem iniuriose adminauerit uel lapidem uel quid aliud simile proiecerit
et eum non percusserit in decem libris cort[onensium] puniatur Sed si manu uacua quis contra aliquem
irato animo adminauerit et eum non p[er]cusserit in sexaginta solidis cort[onensium] puniatur Item
quicumq[ue] ceperit aliquem per personam siue spinxerit et ob dictam capturam uel spinctam non
occiderit puniatur in quinq[ue] libris Si uero ob dictam capturam in terram occiderit puniatur
de ipsis et pro ipsis omnibus in decem libr[is] cort[onensium] Si uero ex dicta casura siue caditura san
guis exierit de capite ipsius cadentis et coccia ipsius talis cadentis fracta fuerit in centu[m] quinqua
ginta libris cort[onensium] de his puniatur Si autem ex dicto sanguinolento uulnere coccia eius capi
tis fracta non fuerit in quinquaginta libris den[ariorum] cort[onensium] de his omnibus puniat[ur] Si autem ex
dicta casura sanguis de naso uel de aliqua parte corporis a spatulis infra inclusiue exierit
in uiginti libr[is] den[ariorum] cort[onensium] puniatur Et si quis dentem alicuius fregerit in quinquaginta libris
cort[onensium] puniatur q[uo]d capitulum et contenta in eo inter omnes homines communis masse vendicet
sibi locum.

De pena mandantis maleficium p[er] alium comicti et ipsius man datarii comictentis. Et de pena hominu[m] Castri Masse offendentis forensem citra mortem. Rubrica. lxxi.

Item statuimus q[uod] si quis per alium offendi fecerit aliquem de castro masse uel uillis puniat[ur]
talis offendens q[ui] offendi faciens si fuerit aliquis de castro masse uel uillis in duplo eius
pene que a[lia]s regulariter de ipso maleficio p[er] formam alicuius capituli statuti co[mmun]is masse
imponenda ueniret Verum si talis offendens fuerit forensis et talis offensio facta fuerit
cum armis et cum sanguinis effusione eo casu talis forensis ultimo supplicio puniat[ur]
arbitrio iudicantis ita q[uod] penitus moriatur Si uero sine armis et cum sanguinis effusio[n]e
in ducentis libris den[ariorum] corton[ensium] puniatur Et si sine armis et sine sanguinis effusione in centu[m]
libris cort[onensium] puniatur saluis maioribus penis si que de huiusmodi maleficiis p[er] formam
alicui[us] capituli statuti dicti co[mmun]is forensibus imponerentur Et q[uod] tam dictus massanus siue uillic[us]
qui taliter offensus fuerit a forense et q[uod] etiam eius consanguinei ipsum offensorem tam
t[em]pore talis offensionis per eum facte q[uam] etiam post possint offendere et se uindicare impune
et si talis forensis in aliquo dictoru[m] casuu[m] dictas penas soluere non poterit et in fortiam co[mmun]is
uenerit siue ductus fuerit nu[n]q[uam] de carceribus dicti communis relaxetur sine licentia talis
offensi Si uero aliquis massanus uel uillicus offenderit aliquem forensem citra mortem
puniatur talis massanus offendens in quarta parte eius pene que per formam statuti
dicti communis de tali maleficio sibi imponenda ueniret si simili modo offendisset aliu[m]

massanum nisi in terra unde esset talis forensis offensus maiore pena de simili maleficio teneretur ne ipsius terre offendenti forensem quo casu puniatur ea pena qua idem forensis in tali sua terra puniretur si ibi simile maleficium perpetrasset contra aliquem massanum.

De pena facientis vindictam in consanguineum suorum offensorum. Rubrica lxxii.

Item statuimus quod si quis fuerit offensus ab aliquo et post ipsam offensam offenderit vel offendi fecerit ad sui vindictam aliquem alium quam illum a quo ipsam iniuriam vel offensam receperat puniatur in triplum eius pene que regulariter de ipso maleficio per formam alicuius capituli dicti comunis imponeretur et hoc idem intelligatur de omnibus comitibus et famulis et sequacibus dicti offensi et de aliis omnibus qui dicta occasione alium quam principalem offensorem offenderit vel offendi fecerit. Hoc autem casu pro principali offensore habendum esse censemus non solum illum qui suis manibus alium offendisset sed etiam illum cuius mandato ipsa offensio per alium qui eundem offensorem ad ipsam offensionem faciendam associaverit et ei prebuerit auxilium consilium et favorem ac etiam ipso principali offensore mortuo eius filium masculum seu filios masculos post ipsius primi principalis offensoris mortem superstitem sive superstites remanentes nec non et omnes illos qui dictum primum principalem offensorem donec vixerit vel post eius mortem eius filium vel filios cum armis associaverit.

De pena associantis alium ad aliquod maleficium committendum. Rubrica lxxiii.

Item quod si quis associaverit aliquem scienter ad aliquod maleficium de quo per formam alicuius capituli statuti comunis masse pena imponeretur personaliter assistendo loco et tempore ipsius maleficii perpetrati ad ipsum malefactorem favendum et auxiliandum puniatur in medietate illius pene in qua ipse principalis offensor puniendus veniret de ipso maleficio ex forma alicuius capituli comunis masse. Ceterum si principalis offensor ex forma dictorum statutorum personaliter tantum puniendus veniret eo casu talis associator et auxiliator in quingentis libris denariorum puniatur hoc intellecto quod de eodem et pro eodem facto et maleficio nullus possit vel debeat ut principalis et ut auxiliator puniri.

De massillata reddenda per percussum suo percussori ante domum Comunanze et de pena recusantium eam recipere. Rubrica lxxiiii.

Item statuimus quod potestas sive vicarius castri masse qui de huiusmodi maleficio cognosceret ad penam quinquaginta librarum teneatur et debeat cogere quemlibet cui facta fuerit aliqua percussio per aliquem in faciem manu vacua cum sanguinis effusione vel sine ut ante domum Comunanze dicti comunis percutiat dictum suum percussorem in facie manu vacua cum sanguinis effusione vel sine quam quidem percussionem fieri volumus in loco predicto inter horam tertiam et horam vesperarum dumtaxat. Et deinde idem rector utramque partem cum effectu compellat ad pacem inter se de dictis percussionibus faciendam que locum habere volumus sive dicta prima percussio illata fuerit cum sanguinis effusione et dicta repercussio sine sanguinis effusione processerit et e contra dicta prima percussio facta fuerit sine sanguinis effusione et repercussio cum sanguinis effusione fuerit subsecuta. Ceterum si primus per

cussore recusaverit dictam repercussionem recepere ut predicitur eo casu quilibet predictorum rectorum de dicto maleficio cognoscens eundem de dicta percussione si quidem ipse percussor fuerat popularis et pro populari habitus secundum formam statuti dicti comunis in libris quadraginta corporis et si magnus et potens et pro magnate et potente habitus secundum formam dictorum statutorum in libris quatuorcentis corporis omnino puniatur. Nec etiam eo casu cogatur primus percussus ad faciendum pacem cum tali suo percussore quin immo in tali casu beneficium pacis seu etiam confessionis tali percussori quoad dicte pene diminutionem eidem non proficiat quoquomodo sed eis non obstantibus in dicta pena ducentarum vel quatuorcentarum librarum iuxta distinctionem premissam idem malefactor penitus condemnetur

De beneficio confessionis. Rubrica. lxxv.

Item quod quilibet contra quem per aliquem rectorem sive officialem comunis Masse qualitercumque procederetur de aliquo maleficio seu eius occasione si ante inquisitionem sive contumaciam coram tali rectore sive officiali comparuerit et in ipsa sua prima comparitione et responsione sponte maleficium ipsum confessus fuerit diminuatur ei quarta pars eius pene que de ipso maleficio per formam statutorum dicti comunis sibi aliter imponenda veniret. Verum si in ipsa prima comparitione et responsione non fuerit ipsum maleficium in iudicio sponte confessus quandocumque postea in ipso processu voluerit confiteri eo casu per talem confessionem a pena talis maleficii nullatenus relevetur sed nihilominus in solida et integra ipsa pena penitus condemnetur

Quod pena plurium maleficiorum simul commissorum per eundem in eadem persona non excedat penam pecuniariam homicidii. Et quod pena amputationis plurium digitorum non excedat penam amputationis manus vel pedis. Rubrica. C. lxxvi.

Item statuimus quod si in unam et eandem personam plures percussiones sive iniurie ~~illate fuerint~~ eodem tempore antequam ad actus extraneos divertatur pene omnium dictarum percussionum sive iniuriarum simul cumulate non possint excedere penam pecuniariam homicidii. Si vero alicui plures digiti sive manus vel sui pedis fuerint amputati sive debilitati eodem tempore antequam ad actus extraneos divertatur pene ipsorum omnium digitorum simul cumulate non possint excedere in una et eadem persona penam amputationis sive debilitationis talis manus vel pedis.

De pena offendentis aliquem in exercitu vel cavalcaria et de pena proicientis lapidem in domo alterius. Rubrica. lxxvii.

Item statuimus quod si aliquis in exercitu vel cavalcata generali offenderit aliquem puniatur in duplo illius pene pecuniarie que alias de dicto maleficio secundum formam aliorum capitulorum statutorum dicti comunis imponenda veniret. Et quod si quis proiecerit lapidem in domo alterius contra voluntatem domini in triginta solidis corporis puniatur quod locum habeat si talis malefactor de tali proiectione accusatus fuerit a domino talis domus sive ab eo qui ipsam domum habitaret. Alias vero de huiusmodi proiectione ex officio per inquisitionem minime procedatur.

in levi casu vide ... de pena dupplicatione pene ...

Qualr qui possit se ad aliu defendere ad q cuilibz liceat cape homicidam et inferente aliquod vulnus sanguinolentu ac etiaz vlisi in ontinenti. Et de pena no succurentis clamanti. Rca. lxxviii.

Quelibet liceat tam se q etiam alium contra offendentem seu offendere uolentem defendere ipsiqz resistere ne offendat et si ea occasione talem offendentem seu offendere uolentem offenderit nulla pena puniatur dum tamen talis defensio et resistentia et que dicta occasione fierent fiant cu moderamine inculpate tutele et possit quilibet de castro masse capere sine pena et in fortiam dicti communis ducere quelibet qui commisisset aliquod homicidiu vel alicui intulisset aliqs percussionem cum sanguinis effusione in dicto castro uel eius villis et si dicta occasione talis capiens aliquam percussionem inferret contra dictum homicidam uel malefactorem nullam penam patiatur dummodo ex tali percussione neque mors neque sanguinis effusio subsequatur et q quilibet possit sine pena tempore quo iret ad capiendum talem malefactorem portare arma non divertendo ad aliquem actum uel locum Its q quilibz offensus possit impune se in ipso instanti non divertendo ad alios extraneos actus ulcisci sive vendicare non excedendo modum vindicte quem si excesserit puniatur de eo tantum in quo ipsum excesserit prout qualitas atq quantitas talis sui excessus exegerit quilibet etiam teneatur q celerius potest succurrere acclamantem seu postulantem succursum et ipsum pro posse iuvare ne offendatur Contrafaciens vero nisi iusta de causa tunc fuerit impeditus in decem libris cort vice qualibet puniatur

De pena offendentis ptatez ul vicariuz seu officialez. Rca. lxxviiii.

Item statuimus q nulla persona offendat vel offendi faciat potestatem sive vicarium vel officialem forensem cois masse dum starent in castro uel villis masse ~~occasione~~ eorz officij uel ad sindicatum uel veniendo sive recedendo contrafaciens vero puniat in ~~infrascripta~~ pena videlicet ille qui ~~offenderit~~ uel offendi fecerit aliquem de predictis principalibus rectoribus uel officialibus puniatur in ~~quatruplo~~ eius pene que communiter imponeretur tali malefactori si ipsam offensam intulisset in psonam alicuius de castro uel villis masse ~~et si autem~~ balistraverit vel balistrari fecerit uel sagiptari aliquem quatrellum uel stralem aut aliquem lapidem proiecerit contra aliquem de predictis rectoribus uel officialibus sive familiaribus ad palatium sive domum habitationis eorum in ~~ducentis~~ libris den cort puniatur Et si dictam condemnationem infra decem dies a die ipsius late sententie sive facte condemnationis in antea numerandos non solverit cum effectu ei manus a brachio separetur z amputetur ~~nisi appellatum~~ fuerit ad superiorem quo casu ius commune servetur z statuta de appellatione loquentia si qua sunt

Offenet de potestate

Pena bali[illegible]

De pena offendentis advocatu ul procure statutariu seu scriptorez arregatorez aut officialez coii Masse citra mortez. Rca. lxxx.

Item statuimus q quicumqz offenderat seu offendi fecerat citra mortem dicto uel facto aliquem advocatum uel procuratorem occasione alicui advocationis uel

procurer quam faceret ad petitionem alicuius contra aliquem puniatur in duplo eius pene que per formam alicuius capituli statuti dicti communis imponeretur de huiusmodi maleficio si committeret in aliu massanu. Et in eadem pena puniatur etiam ille qui offenderet uel offendi fecerat aliquem statutarium siue scriptorem uel dictatorem ipsorum statuti aut arengatorem uel aliquem officialem massanum dicti communis causa siue occasione sui officij Et de predictis offensionibus factis dictis occasionibus siue aliqua earum: stetur et credatur iuramento talis offensi cum sex testibus deponentibus de publica fama.

De pena homicidij commissi per magnatem in popularem et per popularem in magnatem. Rubrica. lxxxi.

Item statuimus quod quicumque magnas siue potens de castro vel villis masse .i. quia secundum formam statutorum communis masse sit habitus pro magnate et potente occiderit uel occidi fecerit aliquem massarium dicti castri vel eius villarum: habitum pro populare secundum formam statutorum dicti communis vel e contra aliquis massarius uel uillicus castri masse habitus pro populari: secundum formam statutorum predictorum aliquem de predictis habitis pro magnatibus et potentibus secundum formam statutorum predictorum occiderit vel occidi fecerit si quidem talis malefactor capi poterit amputetur ei caput a spatulis ita quod penitus moriatur si uero capi non poterit in amputatione capitis et bonorum suorum omnium destructione inmissione et publicatione condemnetur Et nihilominus ipso iure omnia ipsa bona ex tempore dicte sententie promulgate in hoc casu vigore ac fictione presentis capituli publicata et acquisita esse intelligantur et sint ipsi communi masse saluis semper alijs capitulis statutorum dicti communis per que de huiusmodi homicidijs impunitas est permissa seu de quibus specialiter et expresse pena dumtaxat pecuniaria imponenda ueniret que in suis casibus vendicent sibi locum presente capitulo non obstante.

De pena magnatis occidentis magnatem. Et popularis popularem. Rubrica. lxxxii.

Item statuimus quod si aliquis de castro vel villis masse magnas et potens habitus per formam statuti communis masse occiderit vel occidi fecerit aliquem magnatem et potentem de dicto castro uel villis .i. pro magnate et potente habitum secundum formam statuti predictorum in mille libr. den. cort. puniatur dummodo in sua prima comparitione et responsione maleficium ipsum fuerit in iudicio sponte confessus. Et quod nihilominus talis homicida non obstante quod dictam condemnationem soluerit stare et morari debeat per quinque annos continuos extra castrum uel uillas masse et de ipso castro uel villis discedere statim post duos dies elapsos a die solutionis predicte ipsa die dicte solutionis in dicto termino minime computata. Et si contigerit quod infra dictum quinquennium dictus homicida uenerit ad dictum castrum uel eius territorium eo casu dictus homicida ex dicto sui aduentus et talis eius inobedientie de nouo et ex integro incidatur ac etiam pro qualibet vice dicti sui aduentus dicteque sue inobedientie pena centum librarum denariorum cort. ipso facto incurrat. Ceterum si dictus homicida in prima sua comparitione ac responsione ipsum maleficium non fuerit in iudicio sponte confessus eo casu talis homicida condemnetur et condemnari debeat in libris mille ducentis den.

corti quam penam talis homicida in quolibet dictorum casuum si cum effectu non solverit infra tri
ginta dies a die ipsius late sententie in antea numerandos ipsa die dicte late sententie in dicto
termino minime computata eidem caput a spatulis amputetur ita quod penitus moriatur. Et si in for
tiam dicti comunis talis homicida ante ipsam condemnationem non venerit sed contumax fuerit
eo casu in mille ducentis libris similiter condempnetur et quod si eas cum effectu non solverit infra
triginta dies a die qua in fortiam dicti comunis pervenerit in antea numerandos eidem caput
a spatulis amputetur ita quod penitus moriatur et nichilominus in hoc casu per eandem sententiam
omnia eius bona publicentur et applicentur dicto comuni quod ipsa omnia bona in hoc casu lata dicta
sententia destruantur et deguastentur et deinde postea pro dicto comuni tamquam destructa quod non de
structa actualiter apprehendantur et capiantur que quidem bona nichilominus vigore ac fictione
presentis capituli in casu proxime precedenti a die talis sententie promulgate sint et esse intelligantur
ipso iure dicto comuni effectualiter acquisita post condempnationem predictam et eadem omnia ob
serventur et locum habeant si aliquis de castro vel villis masse pro populari habitus secundum
formam statuti dicti comunis occiderit vel occidi fecerit aliquem de castro vel villis predictis similiter
habitum pro populari secundum formam predictam, salvis aliis semper in quolibet dictorum casuum
aliis capitulis statuti dicti comunis per que in suis spetialibus casibus aliter reperiretur dispo
situm que in suis casibus locum habeant presenti capitulo non obstante.

De pena occidentis aliquem absque dolo ex illata culpa. Rubrica. lxxxiii.

Item statuimus quod si aliquis de castro vel villis masse occiderit aliquem de dicto castro vel eius
villis masse absque animo et proposito occidendi et non precedente aliqua eius fraude vel lata
culpa eo casu puniatur talis occisor in trecentis libris cortonensium seu in minori pena arbitrio sin
dicantis considerata qualitate talis facti et conditionibus personarum tam ipsius occisoris quam ipsius
occisi et aliis circumstantiis oportunis ita tamen quod ipsa pena non possit minor esse centum libras
quam penam si talis occisor solvere non potuerit non propterea occidatur sed tantum in car
ceribus comunis masse reclusus detineatur donec ipsam penam camerario dicti comunis sol
verit cum effectu

De pena occidentis vel offendentis aliquem ad domum proprie sue habitationis sive apothecam ipsius occisi vel offensi. Rubrica. lxxxiiii.

Item statuimus quod si aliquis magnas et potens de castro vel villis masse id est habitus pro magna
te et potente secundum formam statutorum comunis masse occiderit vel occidi fecerit aliquem
de dicto castro vel villis ex forma statuti dicti comunis habito pro magnate et potente
vel alium qualitercumque offenderit seu offendi fecerit ad domum propriam seu habitationis talis
occisi vel aliter offensi seu apothecam in qua artem exerceat vel mercatur talis occisus vel
aliter offensus si quidem ante latam sententiam in fortiam dicti comunis pervenerit puniatur
in duplo eius pene que aliis communiter de tali maleficio per formam statuti dicti comunis
sibi imponenda veniret et si talis occisor vel occidi faciens penam predictam non solverit
cum effectu infra triginta dies a die ipsius late sententie numerandos ipsa die dicte
late sententie in dicto termino minime computata amputetur ei caput a spatulis ita
quod penitus moriatur et si in dicti comunis fortiam non pervenerit ante latam sen

tentiam sed contumax fuerit eo casu similiter in pena dicti dupli debeat condemnari cum actione infra videlicet quod si umquam pervenerit in forciam dicti comunis et dictam penam non persolverit infra triginta dies a die qua in forciam ipsius comunis pervenerit in antea numerandos sibi caput a spatulis amputetur ita quod penitus moriatur et etiam in amissione publicatione et destructione omnium suorum bonorum que quidem bona nihilominus ex die dicte late sententie in hoc casu ipso iure rigore et fictione presentis capituli dicto comuni acquisita esse et fuisse intelligantur et sint et ea pro sic acquisitis haberi et reputari censemus per condemnationem predictam. Et quod dicta bona in hoc casu post sententiam dictam condemnatoriam latam fuerit destruantur et devastentur et deinde tam destructa quam etiam non destructa pro dicto comuni capiantur et apprehendantur. Ita tamen quod predicta locum non habeat si talis occisor seu occidi faciens vel offendens vel offendi faciens et predictus occisus vel offensus in tali domo simul comunionem habebat vel eam simul habitabant aut si in dicta apotheca simul suam artem vel mercantiam exercebant. Quibus quidem casibus et quolibet eorum alie pene statutarie dicti comunis vendicent sibi locum declarantes quod predicta et quodlibet predictorum facta esse seu factum intelligantur ad domum vel apothecam predictam si facta fuerint seu si factum fuerit prope ipsam domum vel apothecam saltim per mediam perticam ad mensuram pertice comunis predicti: sive propinquius que omnia etiam in populari eiusdem comunitatis et pro populari habito secundum formam statutorum dicti comunis occidente vel occidi faciente alium popularem dicti comunis et pro populari habitum secundum formam dictorum statutorum volumus observari.

De pena intrantium domum alterius quod liceat domino domus intrantem certis modis offendere sine pena. Rubrica. lxxxv.

Item statuimus quod si quis intraverit in domum alterius vel quam alter inhabitaverit contra volutatem talis domini sive habitatoris puniatur pro tali introitum qualibet vice in viginti quinque libris cortonensium et quod tunc talis dominus seu habitator possit talem intrantem offendere sine pena dum tamen citra mortem sive membri abscisione vel debilitatione quod si ex tali offensione mors seu membri abscisio sive eius debilitatio fuerit subsecuta eo casu talis offensor puniatur in dimidia eius pene in qua alias de tali offensione puniretur per formam alicuius capituli statuti comunis masse dummodo si de die non excedat penam quatercentum librarum cortonensium nisi talis malefactor in talem domum intrasset animo et proposito furandi sive adulterium committendi quibus casibus et quolibet eorum dominus sive habitator talis domus de qualibet offensa quam tunc in ipsa domo tali malefactori ab omni pena totaliter sit exemptus. Quod autem quis dicta de causa videlicet pro furto vel adulterio in dicta domo committendo ingressus fuerit sufficiat probatio decem testium deponentium de publica fama que omnia similiter locum habeant si quis in aliam rem ~~immobilem~~ immobilem intraverit contra voluntatem domini ipsius rei vel eius qui eam detineret ex contractu salvis capitulis loquentibus contra eos qui invasionem expulsivam sive inquietativam committerent in possessionibus sive de possessionibus alienis que in suis casibus observentur.

De pena inferentis aliam violentiam expulsivam et compulsivam. Rubrica. lxxxvi.

Item statuimus quod nullus per se vel alium aliquem sua possessione alicuius rei imobilis privet vel
spoliet eumdem de ipsa possessione vel expellendo seu eam ad ipsam dimittendam et dereli-
quendam per metum et terrorem cogendo qui vero contrafecerit ad restitutionem et remte-
grationem possessionis predicte taliter ea spoliato sive privato et omnis sui damni et inter-
esse refectione cogatur et nihilominus comuni masse in duplum estimationis talis rei in
qualibet condemnetur ita tamen quod ipsa pena dicto comuni applicanda summas quingentas libr
cort non transgrediatur: nec esse possit citra vel infra quinquaginta libras dicte monete et in
dicto casu possit contra talem malefactorem simul procedi tam civiliter quod criminaliter et super
utraque per eandem sententiam possit et debeat condemnari non obstante aliquo iure in contrarium
Loquente.

Spoliu

Civiliter et cri-
minaliter procede-
re possit.

De pena inferentis alicui violentiam ~~expulsiva et compulsiva~~ turbativa vel inquietativa. Rubrica. lxxxvii. Et quod accusatus de huiusmodi maleficio non teneatur dare fideiussores.

Item statuimus quod nullus per se vel alium alterius tenutam sive possessione alicuius rei
inmobilis molestet vel inquietet aut in ea vim aliquam turbativam seu inquietativam
inferat seu inferri faciat qui vero contrafecerit tali molestato sive inquietato
ad imittendum eumdem ipsam tenutam sive possessionem pacifice ac libere habere et tener(e)
et ad reficiendum omne suum damnum et interesse et nihilominus comuni masse in vera
estimatione ipsius rei molestate vel inquietate in qualibet condemnetur dummodo
ipsa pena dicto comuni applicanda quantitatem centum libr corton non transcendat
seu excedat nec esse possit citra vel infra summam viginti quinque libr cort et in dicto
casu procedi possit contra talem malefactorem similiter civiliter et criminaliter
et per eadem sententiam super utraque possit et debeat condemnari non obstante iure aliquo
quod in contrarium loqueretur Decernentes et declarantes quod taliter accusatus vel inquisitus
non teneatur dare aliquem fideiussorem causa vel occasione talis accusationis vel inqui-
sitionis ita tamen quod tam accusatori quam accusato vel etiam inquisito si de tali violentia
fuerit inquisitum liceat infra scriptas renuntiationes facere quandocumque voluerat sive voluit
ante responsionem ipsius rei vel infra decem dies post ipsam responsionem ipsa die responsionis
in dicto termino non computata videlicet per talem accusatorem ipsi accusationi et per talem
accusatum vel inquisitum omni iuri quod haberet seu quod habere diceret in ipsa re qua
renuntiatione ab altera dictarum partium facta ut dictum est iudex qui de tali causa cognosceret
interloquendo pronuntiet et pronuntiare teneatur sup ipsa accusatione vel inquisitione
non esse ulterius procedendum Hoc etiam intellecto quod talis accusatus vel inquisitus qui
semel dicto modo renuntiaverit ulterius renuntiare non possit nec eius pretextu a pena
in aliquo relevetur:

De pena molestantis
et turbantis possessorem
...

Infra X dies renuntiare
possit ... accusator et in-
quisitus ...
terminus

De pena inferentis alicui violentiam ~~turbativam vel inquietativam~~ in re mobili vel se moventi. Rubrica. ~~Et quod accusatus de huiusmodi maleficio non teneatur dare fideiussores.~~ Rubrica. lxxxviii.

Item statuimus quod nullus inferat alicui in tenuta vel possessione alicuius rei mobilis vel se
moventis aliquam violentiam qui vero contrafecerit condemnetur violentia ipsam ...

in restitutionem et reintegrationem siue detentionis seu possessionis dicte rei cum dicta refectione sui damni et interesse. et comuni masse in vera ipsius rei estimatione dummodo ipsa pena dicto comuni applicanda non possit esse citra uel infra summam centum solidorum cort. saluo semper statuto loquente de crimine robarie et de pena derobantis cui per presens capitulum non intendimus neque uolumus in aliquo derogari: et in dicto casu contra talem malefactorem simul procedi ualeat tam ciuiliter quam etiam criminaliter et sub utraque per eandem sententiam idem malefactor possit et debeat condemnari non obstante sive aliquo quod in contrarium loqueretur.

De pena intrantis tenutam datam contra eum. Rubrica lxxxviiii.

Item statuimus quod nullus debitor contra quem suo creditori res aliqua auctoritate alicuius iudicis siue officialis comunis masse decreta seu assignata fuerit in tenutam: pro aliquo pecuniario credito in rem ipsam mittet contra uoluntatem talis sui creditoris siue post prohibitionem sibi factam ex parte talis iudicis siue officialis ad petitionem talis sui creditoris et si contrafecerit uice qualibet in libris decem cort. dicto comuni condemnetur.

De pena euntis per rem alterius post prohibitionem sibi factam. Rubrica lxxxx.

Item statuimus quod nullus uadat uel mittat per rem alterius postquam fuerit sibi prohibitum nisi de iure sibi liceat et qui contrafecerit in viginti sol. cort. uice qualibet puniatur et de tali prohibitione stetur iuramento accusatoris. Si uero talis accusatus negauerit rem esse uel fuisse talis accusatoris sufficiat sibi accusatori sacramentum emptionis uel alterius legitime acquisitionis talis rei cum iuramento sui laboratoris asserentis se pro tali accusatore et eius nomine ipsam laborare tenere et possidere seu si probaret per unum testem deponentem de possessione talis accusatoris. Si autem talis accusator legitimo modo de suo dominio seu possessione probauerit eo casu talis accusatus propter talem suam negationem puniatur in duplum pene predicte:

De pena prohibentis uel minantis rem laborari uel aliquem offerri contractum laboritii uel alienationis et de modo probandi. Rubrica lxxxxi.

Item statuimus quod nullus colonum, laboratorem alicuius siue inquilinum uel emphiteotam siue alium quecumque rem aliquam immobilem pro alio seu alterius nomine quomodocumque detinentem uel laborantem molestet uexet uel inquietet dicto uel facto directe uel indirecte tacite uel expresse per se uel alium quomodocumque ad hoc ut talis colonus inquilinus emphiteota laborator seu tenimentarius rem ipsam colere habitare usufructuare gubernare uel tenere non audeat contrafaciens uero in libris [illegible] cort. comuni masse uice qualibet condemnetur. et si dicta de causa uel occasione talis res inculta siue inhabitata remanserit totaliter uel pro aliqua parte seu solita pensio redditus obuentio siue fructus ex ea uel [illegible] percepta [illegible] perceptus non fuerit condemnetur talis malefactor ultra penam predictam domino seu possessori talis rei et etiam tali colono inquilino emphiteote laboratori uel tenimentario et cuilibet alteri cuius interesset in quatruplo totius [illegible] damni et interesse quod quilibet eorum dicta de causa passus esset. Si quis uero dicto uel facto [illegible] alium offenderit uel offendi fecerit ex eo quod ipse offensus rem aliquam [illegible] ad ipsum offensum pertinentem alteri uendiderit donauerit locauerit

ret ... uenit

rit comendauerat aut quouis alio titulo in alium transtulerat siue alij quoquo modo concesserat seu talis rei emptorem conductorem uel quouis alio titulo receptorem ex eo q ipsam rem emerit conduxerit uel alio quouis titulo receperit puniantur in quolibet dictorum casuum et qualibet uice in quatruplo eius pene que alias de tali maleficio per formam statuti dicti cois imponeretur et nihilominus in quolibet dictorum casuu p ipsum iudicantem eidem malefactori inhibeat et expresse precipiatur ne de cetero similia audeat perpetrare sub cominatione dictarum penarum et aliarum suo arbitrio imponendarum eidem. Et si quis postea de talibus maleficijs uel aliquo eorum punitus fuerit simile maleficium iterato commiserit puniatur iterum pro qualibet uice in pena suprascripta et etiam grauius ad arbitrium iudicantis consideratis in predictis semper talis facti qualitate et conditione persone talis malefactoris et alijs circumstantijs oportunis. Et ad faciendam fidem de predictis maleficijs et quolibet eorum sufficiat testimonium quinque testium fidedignorum deponentium de publica fama et q potestas siue uicarius et quilibet eorum de dictis maleficijs et quolibet eorum teneantur diligenter et sollicite inquirere et inuestigare modis omnibus quibus poterunt et repertos culpabiles in predictis punire.

gs promissis

De pena corrumpentis siue corrumpere attentantis carnaliter aliqua honestam mulierem et q in hoc casu magnates magis puniantur et capiens talem mulierem in uxorem totaliter sit impunis. Rubrica. lxxxxij.

Maria uirgo pia

Item statuimus q nullus uiolenter carnaliter corrumpat seu corrumpere attemptet aliquam honestam mulierem. Qui autem contrafecerit si fuerit popularis .i. pro populari habitus secundum formam statutorum dicti cois et talis mulier fuerit nupta siue uirgo in ducentis libris cort puniatur. Si autem uidua in centum libris cort puniatur. Si autem non uiolenter puniatur in medietate dictarum penarum in quolibet casuum predictorum. Et q in dictis casibus et quolibet eorum contra talem malefactorem sufficiat probatio quatuor testium deponentium de publica fama cum aliquibus probationibus et uerisimilibus indicijs presumptionibus siue coniecturis. Si uero talis malefactor fuerit magnas de terra masse uel eius uillis .i. pro magnate et potente habitus secundum formam statutorum dicti cois et talis mulier fuerit filia soror uel uxor alicuius popularis terre masse .i. pro populari habita secundum formam dictorum statutorum puniatur in quolibet dictorum casuum in duplo dictarum penarum quod duplum hoc casu fictione et potestate presentis capituli [illegible] et esse decernimus loco simplici. Si autem predicta uel aliquod eorum commissa fuerint intra domum habitationis talis mulieris puniatur talis malefactor in quolibet dictorum casuum in libris quinquaginta cort ultra penas predictas. Et nihilominus puniatur de excessibus alijs quos tunc in ipsa domo commisisset secundum formam statuti dicti comunis. Ita tamen q potestas siue uicarius castri masse uel aliquis ipsorum siue alicuius eorum iudex non possit nec debeat de predictis maleficijs uel aliquo eorum cognoscere uel procedere nisi per uiam accusationis et denuntiationis facte de tali maleficio per ipsum malefactorem seu per maritum patrem filium matrem uel fratrem carnalem si eos uel aliquem eorum talis mulier haberet aliquem proximiorem consanguineum ipsius usque in secundum gradum inclusiue ex linea paterna siue materna. Seu his deficientibus per quemcumque alium eius proximum consanguineum ex paterna siue materna linea. Hoc intellecto q si tale maleficium fuerit contra aliquam uirginem siue uiduam perpetratum et talis malefactor eam in uxorem acceperit de consensu consanguineorum [illegible] liberis eo casu talis malefactor nec de [illegible] quem qualitercumque [illegible] dicta de cau[...]

in domum habitationis talis mulieris nec etiam de percussionibus per eum tali mulieri tc temporis dicta de ca illatis ullatenus puniatur Quin ymo et si talis malefactor tpore ip sius matrimonij contracti iam erat banditus et condemnatus tm de tali maleficio extitisset eo casu rebanniatur et liberetur ab ipsis bando et condemnatione Et q ad eius petitione tale bandum talisqz condemnatio absqz aliqua solutione vel aliquo eius sumptu debeat can cellari Et predicta omnia predicti potestas et vicarius ad petitionem talis banditi et condemnati tantum in casu predicto fieri et exequi facere teneantur Ceterum si tale ma trimonium ad petitionem talis malefactoris fuerit postmodum pronuntiatum et declara tum esse vel fuisse nullum ex aliqua etiam iusta causa eo casu predictis non obstantibus nec etiam aliquo lapsu temporis talis malefactor de omnibus predictis maleficiis puniatur quod capitulum omnibus et singulis alijs capitulis statutorum dicti comunis et cuilibet alio forti in contrarium loquenti volumus prevalere.

De pena blasfemantis deu ul' beata virgine ul' sanctos. Rca. lxxxxiij.

Item statuimus q nullus audeat uel presumat maledicere uel blassfemare deum uel beatam virginem mariam uel aliquem sanctum uel sanctam dei aliquo modo uel causa. contra faciens uero in blassfemando deum uel beatam virginem mariam in libris decem cort. vice qualibet puniatur et si aliquem sanctum vel sanctam dei in quinqz libris corton. vice qualibet puniatur et quilibet possit talem accusare et denumptiare et nomen ipsius denumptiatoris et accusatoris teneatur secretum et habeat medietatem bandi predicti qd ex eius denumptiatione vel accusatione in cameram cois masse pervenerit quam penam si talis malefactor solvere non poterit et in fortiam comunis masse fuerit seu aliquo tempore postea pervenerit amputetur eidem lingua Et q potestas sive vicarius castri masse teneatur de predictis inquirere quolibet mense et culpabiles repertos in penis predictis punire

De pena iurantis p corp9 ul' aliqua mebra xpi ul' scor ul' scaz eius. ul' eius virginis. Rca. lxxxxiiij.

Item statuimus q nulla persona de cetero iuret per budellos per ficata vel ventriculos uel alia interiora sive viscera omnipotentis dei domini nostri iesu christi uel beate marie virginis matris eius. contrafaciens uero in aliquo dictorum casuum in soll. decem vice qua libet puniatur Sed si aliquo de predictis modis iuraverit contra reverentiam alicuius sanctorum uel sanctarum dei uel per corpus suum sanguinem uel chiavellos omnipote tis dei domini nostri yesu christi sive p alia huiusmodi vicequalibet pro quolibet tali maleficio in quinqz soll. denariorum corton puniatur quarum penarum medietas sit comunis masse et alia sit accusatoris sive denumptiatoris et dicte pene duplicentur in quolibz dictorum casuum si predicta uel aliquod predictorum comissa fuerint seu comissum fuerit aliquo de infrascriptis diebus videlicet in die nativitatis domini nostri iesu christi uel [illegible] q si dictam penam in quolibet dictorum casuum talis male factor non solverit infra decem dies a die talis condemnationis de eo facte ipsa die facte condemnationis in dicto termino computata p' fustigetur per omnes stratas comunis masse et de predictis quilibet valeat accusare et denumptiare et habeat medietatem banni [illegible] ex eius denumptiatione uel accusatione in camera dicti comunis pervenerit

De pena reproperatis iniuria offensiones vel executiones personarum et de modo probationis. Rubrica lxxxv.

Item statuimus quod siquis iniuriose et irato animo reproperaverit alicui aliquod homicidium commissum per quamcumque personam quomodocumque in personam sui patris vel matris seu cuiuscumque alterius sui ascendentis per lineam paternam vel maternam sive in personam sui filii vel filie vel alterius sui descendentis sive in personam sui fratris vel sororis carnalis vel alterius sibi coniuncti ex agnatitia sive cognatitia prole usque in secundum gradum inclusive sive aliquam executionem alicuius ultimi supplicii facti auctoritate publica vigore alicuius sententie in personam alicuius de predictis vel aliud huiusmodi in quinquaginta soldis vice qualibet puniatur. Si vero taliter reproperaverit alicui abscisionem alicuius sui membri vel aliud enorme vulnus illatum in eum vel in aliquem de predictis seu executionem factam citra ultimum supplicium vigore alicuius sententie contra eum vel aliquem predictorum in libris quindecim denariorum cortonensium vice qualibet puniatur. De reproperiis autem dicto modo factis de aliis levioribus offensionibus sive executionibus huiusmodi illatis vel factis in personam suam vel alicuius predictorum puniatur talis reproperans in viginti soldis usque in libris quinque cortonensium arbitrio potestatis sive vicarii castri Masse de tali maleficio cognoscentis consideratis ipsius facti qualitate et conditionibus personarum et aliis suis debitis circumstantiis. De improperio vero dicto modo facto de verbis contumeliosis vel iniuriosis dictis contra eum vel contra aliquem predictorum puniatur talis reproperans a viginti solidis usque in tribus libris arbitrio iudicantis habita consideratione premissa. Et ad fidem faciendam de homicidiis offensionibus et executionibus suprascriptis dicto modo reproperatis sit sufficiens probatio si de predictis vel aliquo eorum appareat publicum instrumentum pacis facte sive sententia condemnatoria dicta de causa promulgata sive alia legitima causa vel probatio seu his deficientibus si probetur saltem per quinque testes idoneos de publica fama deponentes.

De pena evellentis terminum et prope terminum laboratis contra instantem formam. Rubrica lxxxvi.

Item statuimus quod nullus de castro Masse vel eius villis aliquem terminum amoveat vel evellat et qui contrafecerit puniatur pro quolibet termino amoto vel evulso et qualibet vice in decem libris cortonensium. Item quod nullus debeat laborare prope aliquem terminum per unum pedem ad mensuram comunis. Qui vero contrafecerit pro qualibet vice in quinque soldis cortonensium puniatur. Et de tali laborerio stetur et credatur iuramento accusatoris. Et nullus audeat contra ius edificare vel aliquod opus sive laborerium facere in re vel supra rem alterius et qui contrafecerit in centum solidis vice qualibet puniatur et nihilominus quod indebite fecerit destruatur sive reponatur et ad statum pristinum reducatur.

De cessionibus prohibitis et de pena contrafacientium. Rubrica lxxxvii.

Item statuimus quod nulla persona emat vel quovis alio alienationis titulo recipiat aliquam actionem vel ius alio quod contra aliquam personam de castro vel eius villis habeat vel contra eius bona contra vel preter ipsius voluntatem tunc temporis intervenientis

preter quam in casibus in eodem capitulo exceptuatis spetialiter et si secus factum fuerat non teneat ipso
iure et nihilominus talis debitor et talia eius bona contra quem seu contra que talis alienatio
facta fuerit ipso iure sit et intelligatur ac sint et esse intelligantur ex tunc vigore et fictione
presentis capituli liberatus et absolutus et liberata et absoluta ab omni obligationis vinculo
quo ipse vel ipsa bona tali alienanti abstricta et obligata sive abstrictum et obligatum fuerat
vel fuerat nec non comuni masse in libris ducentis denariorum cortonensium talem actionem sive tale ius
dicto modo recipiens vice qualibet condemnetur. Ceterum si talis contrafaciens esset suspectus iuris
dictioni dicti comunis in civilibus et criminalibus eo casu eius proximior consanguineus ex patria
linea usque in secundum gradum inclusive pro ipso non subiecto tantumdem pro pena dicto comuni
solvere teneatur. Et talis etiam non suppositus non audiatur nec sibi aliquod ius reddatur
in curia dicti comunis. Predicta tamen locum habere nolumus in casibus infrascriptis vel
aliquo eorundem videlicet quando talis alienatio alicui pretextu et occasione alicuius solutionis
per eum facte vigore alicuius obligationis quam pro alio in iudicio vel extra iudicium suscepisset
quo quidem casu usque in summam pecunie taliter solute ac expensarum et interesse taliter solventis
talis alienatio impune ac licite fieri possit. Liceat etiam cuilibet creditori actiones et iura
quas et que habet mandare et cedere suo fideiussori de omni et pro omni et toto eo quod ipse
fideiussor solverit pro eius principali debitore et etiam uni vel pluribus de suis debitoribus
principalibus contra alios correum sive correos debendi ac etiam uni vel pluribus de
de suis fideiussoribus contra ipsius vel ipsos confideiussorem vel confideiussores pro ea vi
delicet parte quam talis debitor sive fideiussor tali creditori solverat ultra quam sibi solvere
pro rata contigisset de debito quod solvisset nec non quando talis alienatio fieret alicui persone
conveniente ypothecaria actione contra ipsius auctorem. Liceat quoque cuilibet tempore ven
ditionis vel alterius alienationis quam faceret de re aliqua cedere vel mandare cui rem
ipsam venderet vel alienaret actiones et iura quas et que haberet occasione talis rei tam
contra suum debitorem quam contra emphitheotam et conductorem talis rei vigore ipsius emphitheo
theoarie sive conductionis contracte ac etiam contra quamcumque aliam personam et in qui
buscumque bonis pro defensione ipsius rei dumtaxat. Liceat etiam cuilibet pro dote sibi debita
cessionem recipere contra quamcumque personam que ad ipsius solutionem teneretur nec non
cuilibet a suo tutore curatore procuratore sive negociorum gestore liceat recipere cessione
actionum et iurium per eum tutorio curatorio procuratorio nomine acquisitarum sive acqui
sitorum. Et predicta omnia non solum in futuris sed etiam in preteritis non diu decisis a
die videlicet septima mensis novembris millesimi trecentesimi vigesimi quarti et vendicet sibi locum

De falsificatoribus et falsariis puniendis et coherciendis. Rubrica. lxxxxvii.

Item statuimus quod quicumque falsam monetam fabricaverit aut fabricari fecerit in castro vel villis
masse igne comburatur ita quod penitus moriatur. Si vero ipsam scienter expendiderit aut
pro illa expendenda eam apud se habuerit in ducentis libris cortonensium puniatur. Sed et si
bonam monetam tonderit raserit aut quovis alio modo malitiose minuerit in libris du
centis similiter puniatur et nihilominus perpetuo sit infamis. Qui vero aurum vel argentum   falsa moneta
fraudulenter fabricaverit aut falsum pro vero et puro vendiderit in libris centum
cortonensium vice qualibet puniatur et perpetuo sit infamis. Et qui aurum vel argentum ab
aliqua persona pro aliquo opere conficiendo receperit et deinde non de ipso sed de alio non
ita bono ipsum opus confecerit in libris centum cortonensium puniatur. qui vero scienter

de faciente scripturam falsam seu fieri [illegible]

[F]alsum instrumentum vel aliam falsam scripturam in alterius preiudicium confecerit aut confi-
ceret aut aliquod verum instrumentum sive aliquam veram scripturam falsificaverit in
libris ducentis cort. vice qualibet puniatur et perpetuo sit infamis nec de cetero ad aliqua
dicti comunis officium sive beneficium admittatur Et si talis malefactor fuerit notarius eo tunc
ipso iure notariatus officio perpetuo sit et intelligatur esse privatus Qui vero statutum dicti
comunis in aliqua sui parte falsificaverit sive raserit in libris ducentis puniatur ipso facto quas
si solvere non poterit eidem manus a brachio amputetur et etiam sit infamis Et quecumque
persona coram aliquo rectore vel officiale comunis masse seu coram aliquo arbitro sive arbitratore
falsum testimonium tulerit in aliqua seu super aliqua lite questione vel causa in libris centum
vice qualibet puniatur quam penam si solvere non poterit amputetur sibi lingua et nihilomi-
nus perpetuo sit infamis. Qui autem falsum instrumentum aut testem scienter induxerit in
aliqua vel super aliqua lite causa vel questione coram potestate vel officiali curie castri
masse aut coram aliquo arbitro seu arbitratore in libris centum cort. pro quolibet tali instrumento
vel teste vice qualibet puniatur Si vero aliquis publicus bayulus dicti comunis aliquam falsam
citationem banni sive ambassiatam ex parte vel de mandato alicuius rectoris vel officialis
curie fecerit sive alicui de ipsis rectoribus sive officialibus falso retulerit se fecisse in pre-
iudicium alicuius in libris centum cort. puniatur et perpetuo sit infamis Preterea si quis
in preiudicium alicuius falso mutaverit sibi nomen prenomen agnomen vel cognomen seu falso
in alterius preiudicium asseruerit se esse aliunde quam sit in libris centum cort. puniatur Insuper
si quis scienter deceptatorie et falso submiserit et supposuerit se ipsum vel alium vice et loco
alterius et sub hac simulatione fictione et fraude confici consortibi fecerit aliquod instrumentum
per aliquem notarium de aliquo vel super aliquo contractu vel quasi sive distractu vel aliqua
ultima voluntate puniatur tam talis submittens et supponens quam etiam talis submissus et
suppositus personaliter et realiter seu personaliter tantum vel realiter arbitrio iudicantis consi-
deratis facti qualitate et personarum conditionibus et aliis debitis circumstantiis.

de falso testimonio et [illegible]

de falso instrumento [illegible]

De pena tenentis instrum. soluto debito. Rca. lxxxxviiii.

Item statuimus quod quilibet creditor postquam sibi fuerit satisfactum de debito teneatur ad petitionem talis
quondam sui debitoris instrumentum sui debiti sibi tradere et restituere cancellatum si illud a
notario qui de ipso contractu rogatus fuerat in publicam formam receperit et ipsi restituendi habuerit fa-
cultatem Si autem dixerit illud amisisse et hoc suo iuramento asseveraverit ad restitutionem illius minime
teneatur Sed eo casu faciat rogitum sive imbreviaturam talis debiti cancellari et nihilominus
faciat ipsi debitori instrumentum finis et liberationis de tali debito et in ipso instrumento eidem promittat sibi tra-
dere et restituere ipsum instrumentum quod allegaverit deperditum postquam ipsi restituendi habuerit facultatem.
Et si predicta non fecerit in libris decem cort. vice qualibet puniatur Insuper si quis sciens seu qui
verisimiliter scire presumetur sibi vel actori suo debitum esse solutum totaliter vel pro aliqua parte
illud nihilominus postea sibi solvi petierit puniatur in duplo eius quod sibi indebite petierit solvi
cuius pene medietas sit comunis masse et alia medietas sit illius a quo tale debitum petiisset et nihilo-
minus subiaceat observationi omnium predictorum

de pena petentium iam solutum debitum

De pena furti guasti incendii et robarie. Rca. C.

Item statuimus quod quilibet fur seu derubator et quilibet qui incendium sive guastum in rebus alicuius in-
tulerit et quilibet cuius mandato ipsum incendium seu guastum factum fuerit puniatur realiter et in
personam sive personaliter tantum vel realiter iuxta providum arbitrium potestatis sive vicarii curie
masse de tali maleficio cognoscentis in predictis et qualibet eorum qualitate ipsius maleficii et
conditione persone talis malefactoris et aliis suis debitis circumstantiis

De pena portantis arma et notificationi forensium [illegible] faciendi. Rca. C.i.




Nullus de castro masse seu incola deferat per castrum masse vel eius tenutam aliquem gladium feritorium
stochettum seu quatrellettum contrafaciens non in tribus libris cort et in perditionem ipsius gladij vel alterius
cuius armorum vice qualibet condemnetur Nec etiam aliquis de predictis per dictum castrum vel eius tenutam
deferat aliqua alia arma offendibilia vel defendibilia ad ipsorum parationem et condemnetur ut supra
Et si talis contra dictam formam ea deferens esset forensis puniatur in quolibet dictorum casuum
in duplo dictarum penarum Preterea ne de predictis ipsi forenses ignorantiam pretendere possint teneantur
hospitatores cum quibus vel in quorum hospitiis hospitarent eis denuntiare et notificare ne dicta arma portent sed ea in hospitio dimittant et hospitator qui predicta non observaverit dictum bandum de suo proprio
pro tali forense solvere teneatur Ita tamen quod de tali denuntiatione et notificatione stetur et credatur iuramento talis hospitatoris Officiales non forenses dicti castri possint quecumque arma portare :

De pena ludentium et assistentium ipsi ludo et ad ipsum mutuantium. Rubrica. CII.

Item statuimus quod nullus ludat ad aliquem ludum taxillorum in aliquo loco dicti castri vel eius districtus
Contrafaciens non si quid ludendo ad ludum azardi sive ad quemcumque alium ludum taxillorum [illegible] ad
aleas si quid de die in quolibet cort .x. si de nocte in duplo puniatur Et si ludus fuerit factus
in aliqua domo sciente et patiente domino talis domus discooperiatur et discooperta teneatur per
tres menses a die dicte condemnationis in antea numerandos ac etiam de muris sive parietibus
talis domus destrui debeat unus per certa Et simili pena puniatur quilibet quo sciente et patiente aliquis de predictis ludis vetitis in domo sua fiet vel sue habitationis vel alio loco ab
eo possesso ac etiam qui ad talem ludum mutuas sive comodans aliquam pecuniam tenentibus sive
tabolerium vel taxillos Et quod potestas sive vicarius dicti castri facta eis fide saltim per unum
testem de visu vel per duos deponentes de fama possit torquere seu tormentare tales qui ad
dictum ludum vetitum luxisse dicerentur seu eisdem denarios vel tabolerium sive taxillos
ad talem ludum mutuasse seu eos in alia sua domo vel sue habitationis vel alio loco a
se possesso receptasse Et nullus de castro masse vel eius tenuta teneat in aliqua sua domo
vel apotheca seu apud se aliquos taxillos sub pena decem solidorum cort. Et quilibet possit talem
habentem tenentem vel ludentem accusare et habeat medietatem banni quod ex eius condemnatione
vel accusa in camera dicti comunis pervenerit Liceat tamen cuilibet impune ad aleas et
calculos ludere in plateis stratis viis et porticus apertis Qui autem affuerit et astiterit alicui de dictis ludis prohibitis puniatur in quolibet dictorum casuum in medietate dictarum penarum
hoc intellecto quod si quis esset productus vel vocatus in testem super aliqua accusatione
alicuius de dictis ludis prohibitis et testificando dixerit se vidisse aliquem ad dictum
ludum ludentem seu ad ipsum ludum assistentem eo casu talis testis de tali suo visu
et assistentia nullatenus condemnetur nec ea occasione contra eum procedi possit
vel debeat quoquomodo et teneatur quilibet potestas sive vicarius eligere duos custodes
secretos contra predictos lusores ad inveniendum et perquirendum de dictis ludis vetitis et de eorum receptatoribus ac de mutuantibus denarios tabolerium vel taxillos et eos
iurare faciat de eorum officio bene et fideliter exercendo quorum relatio in predictis habeatur pro plena et legitima probatione

De obligationibus contractuum occasione ludi et de pena notarij huiusmodi instrumenta conficientis. Rubrica. CIII.

Item statuimus quod si quis lusor occasione alicuius ludi prohibiti per formam alicuius capituli
statuti com. masse se vel rem suam alicui cum quo talem ludum fecerit quocumque modo obligaverit
occasione talis ludi potestas sive vicarius castri masse ad requisitionem talis sic obligati seu
alicuius eius proximioris consanguinei facta sibi fide de predictis saltim per unum
testem de visu et per tres de publica fama probantes instrumentum sive rogitum inde
[illegible] faciat cancellari et talem obligationem penitus cancellari atque annullari



nec nõ talem obligatum a tali obligatione et ab omni eo qd [illegible] uel ob ea [illegible] preiudicium factum uel scribi
esset seu qd fieri uel sequi posset reddendum totaliter fuerit [illegible] et nihilominus tale obligatione
~~[illegible]~~ de ipo ludo condemnet in ea pena q de ipo ludo imponeretur p forma statuti dicti cois
et in dicto casu ~~talis~~ sic ~~obligat~~ de dicto ludo nullam penam incurrat nec dicta occasion cont [illegible]
procedi valeat quoquomo ac et teneat dictus potas siue vicarius et pmittit q fuerit registi facere dare
idoneos fideiussores et cauci p illu qui talem obligat p se uel aliu recepisset de no offendendo
in personam vel illu ad eius petitioez seu pro quo talis cancellatio et predicta alia processissent
et q notarij non scribat aliqd instrum aliquis obligatois talium ludentium siue mutuatium sine presentia
et consensu eorum patrum si eos habuerit siue suor curatorum et si non habuerit sine consensu duor
suor proximiorum consanguineorum ex linea paterna benefacienta eorum facta et obligatio aliter
facta non teneat ipo iure et nihilominus notarius contrafaciens in libr. quinquaginta cort vice qualibet
puniatur dumodo saltim per vnum testem de visu uel per tres de fama p[illegible] deponentes ut s dictum est
pbetur talem obligationem fuisse occasione talis ludi ~~contracti~~ et q in dicto casu tales non contrafacere
facta fide ipsi potestati uel vicario saltem p vnum testem de visu siue per tres de pt fama pbantes
possit torqueri et ad confinia mitti put ipi potati siue vicario visum fuerit consideratis facti
qualitate et conditione sue psone. Et q nullus contra taliter obligatum seu qui obligatus esset dicere
suu patrocinium prestet in aliqua curia masse ad pena viginti quinque libr cort vice qualibet

De nõ faciendo Inquisitionem Ultra xv diebus de [illegible]. Rrca. C iiii.

Item statuimus q potestas siue vicari castri masse ultra quindecim dieb sui regis no possit aliqd maleficioz
contra aliquem ludentem seu contra aliquem mutuantem ad ludum vetitum taxillorum seu ludum ipz
receptantem nisi prius in consilio generali dicti cois propalauerit et inquisitio aliter facta no valeat
ipso iure Sed poti eius successor ipsam inquisitionem in integro et de nouo reassumere ac facere teneat.

De pena euntis post tertium sonum capane et si qui possint impune ire. Rrca. C v.

Item statuimus q nullus audeat ire p castrum masse post ~~tertium~~ sonum campane q pulsat de sero
pro custodia ipsius castri et ante sonum capane q pulsat de mane in aurora diei sine
licentia potestatis siue vicarij masse q aut contrafecerit si sine armis in decem soll corton pu
niat si cum armis in soll quinquaginta cort puniat licerat tamen fornarijs eorum [illegible]
libere et impune ire de nocte ad precipiendum panem et et cuilibz mulieri impune liceat
ire de nocte ad domum [illegible] sue et de ipsius domo redire et et habenti plures domos
quarum vna no distet ab altera ~~altera~~ per sex ~~domos~~ contiguas vel quarum vna esset ab vna per
vie ex altera impune liceat ire de vna ad alteram quandocumque voluerit ac et suum famulum
siue famulam mittere Insup etiam medici causa curandi et medicandi spetiales occasione alicuius
rei alicui p aliqua egritudine oportune Sacerdotes pro ministrandis ecclesiasticis sacramentis
alicui psone egrote Notarij requisiti pp aliquam ~~ultima~~ voluntatem condendam et alij ad [illegible]
dicta de causa vocati etiam [illegible] pp egrotum animal curandum et omnes qui ducerent
bestias cum salmis omnes possint ire licite ~~et impune~~

De pena occidentis anal alicuius uel vulnerantis. Rrca. C vi.

Item statuimus q nulla psona occidat uel vulneret aliqd anal alicuius qui [illegible] contrafecerit
si quidem occidendo condemnetur dnis talis animalis in integrum et vera estimatione ac et
comuni masse vltra dictam condemnationem condemnetur in medietate dicte [illegible]
dumodo dicta pena [illegible] applicanda [illegible] [illegible] summam quadraginta [illegible]
q aut vulnerando [illegible] ex [illegible] vulnere tale anal [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] omnia [illegible] [illegible] sit tamen in eo casu [illegible] [illegible] et [illegible]
[illegible] si vero ex tali vulnere tale animal nullo modo [illegible] [illegible] et [illegible]
ipsum animal fuerit equus condemnetur talis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

30v

Et si fuerit bos [illegible] vel alia bestia grossa condemnetur dominus talis bestie in solidis [illegible] [illegible] corton. Et si fuerit alia bestia minuta in solidis viginti corton. domino talis bestie, denarii [illegible] [illegible] condemnetur dicto communi in medietate dicte pene.

De pena capientis columbas. Rca. C° vii.

Item statuimus quod nulla persona capiat vel capi faciat aliquem columbum domesticum vel turrisianum [illegible] aliquam esca turram vel aliam [illegible] aliquem [illegible] seu alio quocumque ingenio et qui contrafecerat pro [illegible] columbo sic capto condemnetur [illegible] masse in viginti solidis corton. Et ei qui tale dampnum passus fuerat ad restitutionem et emendationem talis dampni integraliter condemnetur et ad [illegible] [illegible] de predictis sufficiat iuramentum talis [illegible] [illegible] in quantitatem et numerum duorum [illegible] [illegible] a duobus vero columbis supra sufficiat dictum [illegible] testium fidedignorum deponentium de [illegible] fama

Quod laboratores terrarum teneantur observare pacta. Rca. C° viii.

Item statuimus quod potestas sive vicarius castri masse teneantur omnibus suis remediis oportunis cogere laboratores terrarum alienarum, custodes [illegible] alienarum et omnes qui tales possessiones tenent ad dominum vel ad aliquem certum redditum obventum vel [illegible] observare et ad [illegible] omnia per eos promissa et conventa ipsis suis dominis [illegible] eorum de rebus ipsis aliquam [illegible] questionem vel controversiam movere audeant vel inferre et qui contrafecerat in libris decem corton. puniatur et eadem pena puniatur ille qui [illegible] et contra veritatem negaverit aliquem in re aliqua secum communionem habere.

De pena filii molestantis patrem. Rca. C° viiii.

Item statuimus quod si quis habet aliquem filium emancipatum cui dederit aliquam partem suorum bonorum potestas sive vicarius castri masse et quilibet eorum ad requisitionem ipsius patris cogere teneantur omnibus suis remediis oportunis talem filium ut ipsum patrem non molestet in aliis suis bonis et [illegible] contentus de ipsa parte sibi a dicto suo patre concessa. Si vero talis filius contrafecerit puniatur ad voluntatem talis sui patris. Et si talis filius offenderit patrem suum percutiendo eum in eius persona absque sanguinis effusione vel membri molestatione aut debilitatione puniatur ad voluntatem ipsius patris. Et nihilominus talis filius privetur omnibus bonis sibi per ipsum suum patrem concessis et assignatis que in casu predicto potestas ex [illegible] presentis [illegible] [illegible] [illegible] dicto suo patri [illegible] et in eius dominium [illegible] sed et si eum offenderat [illegible] [illegible] aliquid de bonis suis, eo casu de tali maleficio puniatur ad arbitrium [illegible] sui patris. Et nihilominus quicquid de dictis bonis [illegible] abstulerat sibi restituere teneatur [illegible] predictis et quolibet predictorum stetur [illegible] ipsius patris absque aliqua probatione. Et predicti dictus vicarius sive potestas et quilibet eorum ad requisitionem talis patris observari facere integraliter et [illegible] teneantur ad penam viginti solidorum cort. pro quolibet [illegible]

Item [illegible] Rca. C° x.

De damnis [illegible]

Quia [illegible] damna data [illegible]
[illegible] statuimus et ordinamus quod si aliquod animal alicuius dampnum intulerit
[illegible] videlicet in blado vinea canepa orto cannето [illegible] vel [illegible] alicuius
[illegible] vel absente domino talia animalia [illegible] animalia in [illegible]
[illegible] pro equo vel mulo [illegible] in solidis tribus [illegible] et pro
[illegible] vel [illegible] in [illegible] solidis [illegible] si de nocte in [illegible] solidis [illegible] pro porco [illegible]
[illegible] si vero in [illegible] dum sunt
[illegible] si [illegible] in solidis quinque [illegible] et si de nocte [illegible] solidis. Si autem in
blado canapa orto [illegible] in saliceto vel in [illegible] in
solidis si de die [illegible] solidis. Et quod [illegible] dampnum [illegible]
[illegible] dum sunt ibi [illegible] in
solidis [illegible] in [illegible] quinque pro [illegible] in duobus [illegible] autem in
denariis et [illegible] pena [illegible] secundum [illegible]
et [illegible] predictam. Si quis vero occiderit porcum vel pullum gallinarum [illegible]
in re sua vel a se possessa [illegible] dum in [illegible] nullam penam patiatur
dummodo tale animal mortuum restituat illi cuius esset ipsa die vel sequenti qua ipsum occidit
et si [illegible] esse [illegible] tale animal aliquis occiderit [illegible] ibi [illegible]
in [illegible] vel tempore [illegible] et [illegible] iuramento [illegible]
[illegible] sive [illegible] alibi vel alio tempore occidisse [illegible]
dampnum intulerint degustando herbas si de die in quinque [illegible] si de nocte in decem solidis [illegible]
puniantur. De guastis vero fructuum arborum terrarum vinearum [illegible]
condempnentur tamen [illegible] in [illegible] solidis [illegible] quolibet [illegible]
[illegible] dampnum passo ad [illegible] condempnationem [illegible]
sine guastis accusare possit [illegible] licite et impune facere [illegible] dominus [illegible]
[illegible] et [illegible] et [illegible] sive [illegible]
talis [illegible] partiarius colonus [illegible] ac etiam [illegible]
talis [illegible] guastis [illegible] in [illegible] custodis [illegible]
[illegible] talis [illegible] si fuerit de familia alicuius predictorum de tali terra sive guasto [illegible]
querentis [illegible] in quantitatem [illegible] si tale dampnum [illegible]
[illegible] dum [illegible] ibi fructus et usque in solidis [illegible]
[illegible] nisi [illegible] officiali [illegible] vel guasto [illegible]
[illegible] contrarium videretur [illegible] talis accusatus [illegible]
mentum prestare [illegible] talis accusatus possit [illegible] et tali [illegible]
si vero laborator [illegible] custos [illegible] tale dampnum [illegible] condempnetur [illegible]
[illegible] solidis [illegible] si [illegible] predictis [illegible]
[illegible] placuerit [illegible] quibus possit [illegible] et custodes [illegible]
et impune verberare [illegible] et bestias [illegible] vel a [illegible]

Displicent [illegible]

[illegible] domini [illegible]

[illegible] de [illegible] fructum

[illegible] de [illegible]

De [illegible]

31v

sesse sive conducta dampnum inferre possit licite et impune auferre et secum ducere et retinere
donec ipsum dampnum sibi fuerit integre emendatum cum expensis per eum factis in ipsis bestiis pascendis
Liceat quoque ei qui tale dampnum passus fuerit similiter res alias quas tales guastatores
sive tales dampni illatores tunc apud se habuerint licite et impune ab eis auferre et eas apud
se retinere donec ipsum dampnum sibi fuerit integraliter emendatum. Item si quis abstulerit
linum vel cannepam alicuius de aqua vel aliunde si de die in L. solidis si de nocte in quinque
libris cortonensium puniatur. Verum si aliquis accusatus fuerit de damno vel guasto illato cum aliquibus
quibus bestiis et probaverit se tales bestias non habuisse de quibus accusatus esset eo casu ad
penam aliquam minime teneatur. Et quod nullus possit accusare in aliquo libello. Item quicumque
abstulerit aliquas bestias per eum inventas dampnum inferre in re sua vel a se possessa
sive conducta teneatur denuntiare et notificare illi vel illis cuius vel quorum essent ipse
bestie ipsa die qua ipsas abstulerit sive die proxime subsequenti. Quod si non fecerit tene-
atur postea reddere ipsas bestias illi vel illis cuius sive quorum essent ad requisitionem eorum
ac etiam eo casu ad talis dampni emendationem tales sive talis cuius vel quorum ipse
bestie fuerint minime teneantur sive teneatur. Ceterum si quis animo fraudulenter sive mali-
tiose et contra rei veritatem accusaverit de damno dato quod probari possit per quatuor te-
stes habitantes in castro vel villa in cuius territorio tale dampnum diceretur illatum seu si
ibi tot habitatores non essent per alios testes ydoneos habitantes in loco ibi magis proximo
usque in dictum numerum quatuor testium computatis in dicto numero habitatoribus eius
loci in quo tale dampnum diceretur commissum si qui in ipso loco habitent deponentes ip-
sam accusationem secundum eorum credulitatem fraudulenter sive malitiose et contra
rei veritatem factam esse eo casu talis accusator in viginti solidis cortonensium puniatur
et nihilominus super tali accusatione ulterius minime procedatur. Et predicta vero
locum non habeant eo casu quo talis accusator probaverit per bonum testem deponentem
de visu seu si legitime probaverit de aliquibus verisimilibus indiciis presumptionibus vel
coniecturis ex quibus animus iudicantis probabiliter induci et informari possit et debeat
ad credendum et presumendum ipsam accusationem fore veram. Et quod quilibet accu-
sator possit renuntiare ipsi accusationi quandocumque voluerit ante sententiam.

De pena dapni dati in ortis sive vineis et de ferentibus uvas et de aliis ad dictam materiam pertinentibus. Rubrica. C°. XI.

Item statuimus quod si quis intraverit vineam sive ortum alterius tempore quo ibi sint
fructus si dampnum non dederit in quinque solidis cortonensium puniatur. Si vero ibi dampnum
dederit si de die in decem solidis si de nocte in centum solidis cortonensium puniatur et
dampnum emendet et de hoc credatur et stetur iuramento domini sive usufructuarii vel
possessoris sive emphiteote vel conductoris talis rei sive custodis usque in summam
viginti solidorum cortonensium puniatur ad plus. Et quod nullus deferat ficus vel alios fructus de nocte
post tertium sonum campane usque ad diem. Contrafaciens vero si de sua possessione
in quinque solidis si de aliena in quadraginta solidis cortonensium puniatur. Si quis autem
detulerit uvas de vinea alterius de nocte in quinque libris cortonensium puniatur et q

libet custos teneatur eum accusare et qui talem accusauerit habeat medietatem pene que
dicta de causa ex ipsius accusatione in camera comunis masse deuenerit. Nullus etiam
de die deferat de vinea sua uel aliena uuas sine licentia potestatis vel vicarii castri mas
se siue alterius officialis dicti cois qui ad hoc fuerit deputatus quam licentiam dare te
neatur de uuis maturis cuilibet postulanti et deferre uolenti de vinea sua vel de aliena
cum voluntate tamen eius cuius esset seu ad quem pertineret quolibet die semel usque in
illam quantitatem de qua ipsis rectoribus siue officiali uel eorum alteri tunc de hoc requisito
facta fuerit uisum fuerit conuenire. Contrafaciens uero deferendo vltra unam uuas et
usque in quinque uuas inclusiue absque licentia predicta in duodecim den. coret. pro una
qualibet quam vltra vnam deferret vice qualibet puniatur. Si autem a dicto numero
quinque uuarum vltra uuas deferret absque dicta licentia pro qualibet una quam vltra dictum
numerum deferret in soldum vnum cortonensium vice qualibet puniatur. Liceat tamen
vinicuique de vinea sua ad se pertinente et ei laboratori ac cuilibet de suis familia ac et
de aliena uinea de voluntate domini publice deferre vnam vuam tantum sine pena. que pena
cuilibet de predictis auferatur de facto. Et quod notarius damnorum datorum potestatis siue vicarii qui
ad hoc officium fuerit deputatus teneatur singulis diebus a tempore quo ceperint uue seu mature
uue usque ad tempus quo per vicarium dicti cois data fuerit licentia vindemiandi circumire circa ca
strum et burgos a senatis inserta pro illis qui deferrent uuas contra formam huius capituli
et si quem inuenerit facientem contra predicta puniatur talis contrafaciens in pena predicta
cuius pene medietas sit dicti cois et alia medietas sit dicti inuenientis. Liceat cuilibet
quemlibet quem inuenerit damnum dare de nocte in uineis uel ortis dum tamen sine fustibus
sine sanguinis effusione percutere ipsumque capere et deducere ad curiam dicti comunis
et auferre de rebus quas tunc talis malefactor apud se habuerit sine aliqua pena
et sufficiat in predictis probatio publice fame cum iuramento inuentoris uel domini uel
laboratoris seu custodis ipsius rei. Et si dictus damnum dans offenderit talem inuentorem
dominum uel laboratorem seu custodem tempore et loco predictis puniatur in quadruplum
pene que at de tali offensione per formam statuti dicti cois imponeretur. Nec prosit sibi
damnum danti si ipsas offensas fecerit ad sui defensionem et nihilominus damnum
ipsum emendet de quo damno et eius estimatione stetur sacramento ipsius domini
uel laboratoris talis rei usque in summam quadraginta solidorum et predicta dictus potestas
siue uicarius obseruari faciat in predictis mensibus.

De Canibus tenendis ligatis Rca. Cº. xii.

teneat ipsos tenere ligatos per
Item statuimus quod quilibet habens canes in castro masse
totum mensem augusti et septembris ad penam decem solidorum coret. pro qualibet vi
contrafacientes. Et quod nullus venator seu aucupator vadat de dictis mensibus ad venandum
vel aucupandum per vineas ad penam viginti solidorum coret. pro qualibet vice et quilibet
de predictis possit accusare et denuntiare quemlibet contrafacientem et teneatur
nomen eius in credentia et habeat ac iudicetur medietatem pene que dicta de eo in camera
cois masse ex ipsius denuntiatione siue accusatione peruenerit.

Nota

uuas sine licentia potestatis

Nota de dampnum dantibus de nocte in vineis et ortis dum sine fustibus

de canibus ligandis

De pena incidenti arbores domesticos in possessione alterius. Rca. C°. XIII.

Item statuimus quod quicumque dampnum dederit in possessionibus alterius incidendo aliquam arborem domesticam vel sylvestrem in totum vel in partem et hoc probetur per unum testem de visu puniatur [illegible] qualibet in viginti solidis cort. Sed et si non probaverit per aliquem testem stetur suo sacramento [illegible] si tale dampnum passum fuisse quo ad hoc ut talis qui dicitur tale dampnum intulisse condempnetur [illegible] in decem sol. corton. tantum et ut sibi ipsum dampnum emendet usque in viginti sol. corton. tantum in quolibet casuum predictorum vel per unum testem vel suo sacramento firmaverit dampnum ipsum et tante estimationis vel maioris ab inde vero supra probatio legitima requiratur. Et potestas sive officialis teneat et debeat super dictis denuntiis sive accusationibus ad petitionem dampnum passi procedere et quolibet modo predicto reptum culpabile punire et condempnare secundum censuram et formam presentis capituli et aliorum de hac materia loquentium.

De pena decipapatium vel extirpatium silvas Cois. Rca. C°. XIIII.

Item statuimus quod nullus decippet seu incidat vel extirpet aliquam arborem cuiuscumque generis magnam vel parvam situm in quacumque sylva cois masse nec arborem domesticam et eam incidat et hoc locum habeat tam in illis qui tenent aliquam de dictis sylvis ex conducto a dicto comuni quam in aliis quibuscumque personis. Qui autem contrafecerit puniatur vice qualibet in uno libr. corton. et talem delinquentem cuilibet liceat denuntiare et accusare et habeat medietatem dicti banni quod ex eius denuntiatione vel accusatione in camera dicti cois pervenerit cuius nomen in credentia teneatur. Et quod dominus potestas vel vicarius castri masse teneatur facere bandiri primo mense sui regiminis per castrum masse.

De pena dampnum datis in bonis ecclesiarum vel locorum venerabilium. Rca. C°. XV.

Item statuimus quod potestas sive vicarius castri masse teneatur primo mense sui regiminis facere bandiri per totum castrum masse quod nulla persona det vel dari faciat aliquod dampnum in ecclesiis monasteriis et hospitalibus vel aliis locis venerabilibus castri masse vel in aliquibus bonis dictorum locorum vel alicuius eorum. Contrafaciens vero puniatur prout puniret si tale dampnum intulisset in bonis alicuius masse vel iurisdictionis dicti cois.

De emendatione fienda hominibus Masse dampnum passis in eius tenuta et de modo servando. Rca. C°. XVI.

Item statuimus quod si alicui castri masse fuerit dampnum datum in vineis bladis arboribus et rebus aliis [illegible] possit suo sacramento [illegible] et [illegible] que sive cuius bestia tale dampnum [illegible] casu ad petitionem talis passi vocantur proximiores seu propinquiores tali [illegible] in [illegible] sive [illegible] dampnum datum fuerit assignare [illegible] [illegible] terminum [illegible] quo assignato patiens tale dampnum

Nota

vel eius procurator eiusmodi accusationem porrigat teneatur tum qui fuit cuius bestia tale
dampnum intulisset et si quidem contra talem assignatum probatum non fuerit sive probatum
fuerit et non sit solvendo eo casu propinquiores seu proximiores talis loci teneantur ipsum
dampnum emendare hoc intellecto quod de tali dampno et eius extimatione ac et de loco ipsius dampni
et infra cuius confinia sive tenutum talis locus sit credatur et credi debeat iuramento talis passi
sive ipsius filii vel familiaris usque in summam et quantitatem solidorum decem inclusive a dictis
vero decem solidis supra usque in quadraginta solidis inclusive credatur et credatur iuramento
cuilibet predictorum cum uno teste de visu a quadraginta solidis usque in centum solidis in
clusive legitima probatio requiratur a centum autem solidis supra presens capitulum locum non habeat
contra aliquem seu contra aliquem locum sed eo casu ad talis dampni emendationem teneatur tota communitas
et de ipsis si non potest talis malefactor dampnum emendare et de predictis cognoscat dictus
vicarius sive potestas qui inde fuerit requisitus breviter summarie et de plano ac sine strepitu et
figura iudicii.

In quota quantitate damni accusatio [illegible] dampnis datis

porcorum

In quibus locis liceat occidere porcum inventum dampnum dare et de pena dampni dati per venatores seu aucupatores vel ab eorum canibus. Rubrica. Capitulo xvii.

Item statuimus quod ubicumque statutum loquitur quod liceat alicui occidere porcum inventum dampnum
dare in re ipsius inventoris sive ad eum pertinente intelligatur et intelligi debeat in hunc
modum videlicet quod cuilibet liceat quocumque tempore occidere porcum in vineis et ortis suis si
in eis tunc temporis fuerit fructus sive non. In terris vero aratoriis liceat occidere porcum eo tempore
tantum quo sunt in eis fructus. Item si canis alicuius venatoris dampnum dederit tempore talis
venationis vel aucupationis in vineis dum sunt ibi uve mature puniatur talis venator sive
aucupator in duplum pene in qua alius puniendus esset secundum formam statuti dicti communis.
Si vero ipse venator sive aucupator eius manibus in quibuscumque rebus dampnum dederit tempore
talis venationis vel aucupationis puniatur idem venator vel aucupator similiter in duplum
pene in qua alius puniendus esset secundum formam dicti communis.

De pena deferentium amindolas. Rubrica. Capitulo xviii.

Item statuimus quod nulla persona det dampnum in amindolis nec ipsas deferat de alterius amindolis
qui vero contrafecerit puniatur pro qualibet amindola in uno denario ita tamen quod talis pena
summam viginti solidorum non excedat. Et de predictis credatur iuramento accusatoris et potestas
sive vicarius qui pro tempore fuerit bandiri faciat per dictum castrum Masse et hoc intimare
quod si aliquis inventus fuisset comedens vel portans amindolas in quolibet vice pena sit et
esse debeat quinque solidorum.

De pena facientis semitam per possessionem alterius. Rubrica. Capitulo xviiii.

Item statuimus et ordinamus quod nullus de castro Masse vel eius districtu [illegible]

presumat facere uel fieri facere semitam uel traversam per possessionem alicuius sine expressa licen
ac voluntate domini ipsius possessionis ad penam duorum solidorum personaliter uel cum bestiis
pro quolibet et qualibet vice et ad emendationem damni teneatur.

De pena dapni dantis in fossis seu carbonariis. R^a ca. C^o. xx.

Item statuimus et ordinamus quod nullus de castro masse uel eius districtu audeat uel
presumat dampnum dare cum aliquo animali uel aliquo ingenio in fossis seu carbonariis
ad penam unius solidi pro porco uel capra pro aliis vero animalibus sex den. Item si quis
ligaverit uel custodierit aliquam bestiam asininam bovinam equam uel mulum et
pullum puniatur dominus talis animalis in duobus solidis vice qualibet

De modo eligendi gualdarios. R^a ca. C^o. xxi.

Item statuimus et ordinamus quod quatuor castri masse qui nunc sunt et pro tempore fuerint
teneantur et debeant in principio eorum officii eligere quatuor homines dicti castri
qui sint et esse debeant custodes secreti contra omnes et singulos dampnum dantes per
tenutam dicti castri qui custodes debeant denuntiare ac teneantur accusare coram
potestate uel vicario dicti castri omnia et singula damna data personaliter uel
cum bestiis per dictos custodes visa et dicti custodes teneantur et debeant acceptare dictum
eorum officium et iurare facere per dictum potestatem seu vicarium ad sancta dei evangelia
personaliter manu tactis scripturis bene diligenter ac legaliter et sine fraude suum offi
cium exercere sub pena viginti solidorum. Et si quatuor castri masse essent uel
fuerint negligentes in faciendo uel eligendo dictos guallarios seu custodes puniantur
pro quolibet et vice qualibet in viginti solidis in principio eorum officii

Incipit Distinctio Quarta De officio Extraordinariorum. R^a ca. C^o. xxii.

Statuimus et ordinamus quod potestas sive vicarius castri masse cognoscat et diffiniat
de omnibus questionibus et causis meris civilibus extraordinarijs et alimentis quo
cumque iure debitis ac etiam observari et adimpleri faciat iusta et legitima pacta procedendo
et pronumtiando in dictis et super dictis causis et omnibus alijs in quibus eidem per formam
alicuius capituli statuti dicti comunis aliqua iurisdictio uel cognitio est concessa secundum
formam statutorum predictorum et his deficientibus secundum formam et dispositionem
iuris comunis dummodo in omnibus et singulis causis alimentorum que pro presenti uel etiam
futuro tempore constituti sive solvi peterentur sive iure actionis sive potestatis officio
procedere et pronumtiare possit et debeat omnibus diebus tam iuridicis quam etiam feriatis
illis dumtaxat exceptis qui in honorem dei fuerint feriati Ita tamen quod de nulla causa
possit uel debeat cognoscere de qua comuni masse salarium aliquod deberetur per for
mam alicuius capituli statutorum masse.

De pignoribus recolligendis et de modo procedendi in causis pignorum. Rubrica. [illegible]xxiii.

Item statuimus et ordinamus quod potestas sive vicarius castri masse qui inde fuerit requisiti
precipiant et precipere teneantur omnibus et singulis debitoribus et eos omnibus iuris
et remedijs oportunis cogant et cogere possint ad petitiones suorum creditorum relevere
sive recolligere infra quindecim dies a die talis precepti in antea numerandos ipsa
die dicti facti precepti in ipso termino minime computata omnes et singulas res
uel se moventes per eas pigneratas et pignori datas ipsis suis creditoribus pro aliquo
pecuniario debito postquam scilicet desserit et venerit dies ipsius debiti repetendi quo ter
mino dictorum quindecim dierum elapso idem rector sive officialis tali creditori det et
concedat ad ipsius requisitione et voluntatem licentiam et potestatem vendendi ipsa
pignora salvis pactis habitis inter ipsos creditores et debitores super predictis quietam
in conventionalibus pignoribus quam et in pretorijs et iudicialibus vendicent sibi locum
Et e contra si aliquis debitor paratus fuerit suo creditori cum effectu debitum solvere et talis
creditor eidem debitori pignora que ab eo receperat restituere recusaverit possit et debeat
talis creditor ad talis sui debitoris petitione simili modo compelli ad ipsum pignus sibi
reddendum et restituendum recepto ab eo prius tali debito sive ipso debitore parato
debitum solvere cum effectu possint etiam dicti potestas sive vicarius [illegible] huiusmodi [illegible]
et questiones verteren‹tur› si quidem tales questiones essent estimationis et valoris [illegible]
viginti inclusive uel ab inde infra ipsas decidere et diffinire [illegible] alterius partis [illegible]
videbitur deferendo consideratis facti qualitate et conditionibus [illegible] et de predictis [illegible]
nullum salarium dicto comuni persolvatur preterea volumus quod predicti rectores qui inde fuerit requisiti [illegible]
predictis causis et quonibus cognoscat breviter summarie et de plano et sine strepitu [illegible]

usque in xx sol[idos] dicitur providere [illegible] sine solutione salarij [illegible]

Quod fideiussores et alii pro aliis obligati conveniri possint ante principales debitores et ab ipsis fideiussoribus et obligationibus debeant ab ipsis principalibus debitoribus extrahi et conservari in dampnis. Rubrica. C°.XXIIII.

Item statuimus quod potestas sive vicarius castri masse qui inde fuerit requisitus teneatur et de
beat omnes et singulos fideiussores sponsores et quoslibet alios sub quocumque nomine pro aliis ob
ligatos ad petitionem suorum creditorum cogere omnibus suis remediis oportunis ad dandum faciendum
et solvendum ipsis creditoribus totum et quicquid in quo se taliter eis obligaverint non obstante
quod principales debitores primo conventi non sint et presentes sint et idonei ad solvendum ac et
predictos fideiussores et alios sub quovis nomine pro aliis ad aliorum instantiam obligatos ad
ipsorum petitionem ab ipsis fideiussionibus et quibuslibet aliis talibus obligationibus extrahi et
liberari facere ab ipsis pro quibus et ad quorum instantiam se taliter obligassent ipsosque per eos a ta
libus suis fideiussionibus et obligationibus conservari indemnes cuius petitionis conservationis et
obligationis occasione nullum salarium solvi debeat curie masse. Ita tamen quod predicta locum habeant
solum inter homines masse et eius villarum [illegible] vero [illegible] communiter [illegible] decernentes
et declarantes talem promissionem [illegible] et potestatis presentis capituli haberi pro sollemniter et legitime
facta eo ipso quod de tali fideiussione vel alia huiusmodi obligatione [illegible] quod bona omnia
talis principalis debitoris pro predictis ypothecata sint ac pro ypothecatis habeantur et intelligantur
perinde ac si per ipsum debitorem ipsa bona in dictam causam [illegible] expresse talibus fideiussoribus
vel sub quovis alio nomine pro eis ut predicitur obligatis ypothecata sive obligata fuissent
et quod dicti rectores qui inde ut dictum est fuerint requisiti teneantur et debeant ad petitionem
talis fideiussoris et cuiuslibet alterius sub quocumque nomine pro alio obligati ut dictum est predicta
exequi cum effectu et pro predictorum executione possint et debeant si opus fuerit destrui facere
bona talis principalis et etiam personaliter eum gravare et cohercere omnibus suis remediis opo
tunis ac si inde appareret guarantigiatum instrumentum donec predicta omnia per eum inte
graliter observata et adimpleta fuerint cum effectu que omnia tam in futuris quam et in preteritis
ad huc [illegible] vendicent sibi locum.

De arbitris et arbitratoribus. Rubrica. C°.XXV.

Item statuimus quod si qua lis questio sive controversia [illegible] duobus arbitris seu arbitratoribus commissa sint
examinanda et decidenda et tales arbitri seu arbitratores in eorum laudo seu arbitramento concor
des non fuerint eo casu potestas sive vicarius dicti castri qui inde fuerint requisiti teneantur
et debeant ad petitionem cuiuslibet partium ipsos arbitros sive arbitratores cogere omnibus suis re
mediis oportunis ut eligant tertium. Et si non concordaverint de electione dicti tertii quilibet
eorum qui inde fuerit requisitus dictum tertium eligere teneatur. Et deinde ipsi tres dictam que
stionem [illegible] et diffinire et terminare cogantur secundum tenorem ipsius compromissi
[illegible] ipsi tres vel duo ex eis concorditer tertio presente seu etiam absente et monito
[illegible] laudum seu arbitramentum. Et si unus ex ipsis arbitris sive arbitra

toribus moriretur ipso compromisso adhuc pendente eo casu in locum eius alius eligatur nec
ipsum compromissum propterea finiatur nec expirasse intelligatur cuius electio fiat et fieri
debeat per ambas partes si a principio talis qui mortuus est per utramque partem electus fuerat
alias fiat ipsa electio per illam partem tantum que ipsum qui mortuus est elegerat et quod postquam
aliqui electi fuerint arbitri seu arbitratores et ipsam comissionem acceptaverint cogantur et cogi pos
sint et debeant ad petitionem cuiuslibet partis Et quilibet rector qui inde fuerit requisitus ob
iuris remedijs oportunis nisi suo iuramento asseveraverint sibi de veritate atque iustitia ipsius
cause non liquere quo casu eis liceat aliquem bonum et prudentem virum iuris peritum neutri
parti suspectum super ipsa questione expensis comunibus ipsarum partium consulere tam de iure
quam de facto prout expediens fuerit quod salarium ipse partes equaliter solvere teneantur postquam
vero ipsum laudum sive arbitramentum latum fuit si qua ipsarum partium voluerit contra ipsum
laudum sive arbitramentum de iniquitate seu nullitate opponere possit et debeat talis pars
super ipsa iniquitate vel nullitate suam petitionem porrigere coram vicario sive potestate et
coram quatuor castri masse infra decem dies ex die promulgationis dicti laudi sive
arbitramenti et scientie ipsius partis in antea numerandos ipsa die promulgationis dicti laudi
in dicto termino minime computata qui iudices predicti super ipsa petitione et causa procedant
et procedere debeant breviter sumarie et de plano et sine strepitu et figura iudicij et ipsam
causam terminent prout iustum et equum fuerit tam per acta et producta coram ipsis arbitris
sive arbitratoribus quam et per acta et producta postea coram eis habita consideratione ad potestatem
et bayliam ipsis arbitris sive arbitratoribus attributam et etiam ad veram medullam et sub
stantiam equitatis atque iustitie et non ad rigorem iuris et iudiciarij ordinis et predicta omnia
sine solutione salarij peragantur et expediantur iuxta formam premissam.

De Ratione reddenda a tutoribus et Curatoribus. Rubrica. C.xxvi.

Quilibet qui tutelam et generalem curam alicuius administrasset ipsa tutela sive cura finita teneatur
comparere coram potestate sive vicario castri masse simul cum eo cuius tutelam sive curam
ipsam gesserit sive administraverit et coram ipso potestate sive vicario offerat se cum effectu pa
ratum velle reddere rationem dicte tutele sive cure et restituere reliqua qui potestas sive
vicarius statim ad eius petitionem [illegible] faciat quatuor ex proximioribus de consanguineis
eius cuius tutelam vel curam administravit bone conditionis et fame [illegible] quilibet [illegible]
viginti annorum ad minus duos videlicet ex parte ipsius patris et duos ex parte matris [illegible]
debeant ad videndum calculandum et examinandum rationem predictam et coram eis talis [illegible]
tor rationem predictam reddat et reddere teneatur et predicti consanguinei requisiti per potestatem
sive vicarium compellantur omnibus iuris remedijs oportunis ad ipsam calculationem [illegible]
predicta et prout fuerit declaratum per dictos consanguineos observetur Et [illegible]
solutione salarij peragantur et expediantur

De Parietibus fiendis inter domos contiguas. Rubrica. C.xxvii.

Item statuimus quod si qui habuerint domos simul contiguas et inter ipsas domos paries sive clau
sura non fuerit liceat cuilibet eorum altero requisito inter ipsas domos construi et fieri facere
parietem sive clausuram de lignamine sive de alia materia sufficientem et decentem et si inter
ipsas domos esset paries insufficiens possit quilibet eorum licite et impune altero requisito ta
lem parietem inde removeri et destrui facere et loco eius alium sufficientem fieri et hedifi
cari et de lapidibus sive de mattonibus et calce prout ipsius rei necessitas et utilitas
suadebit et postulabit et quilibet consors teneatur suum consortem predicta facere vel
fieri facere volentem libere et pacifice pati et sinere dummodo sua domus dicta occasione
non destruatur et quod in quolibet dictorum casuum aliquis consors teneatur assignare et concedere
de suo solo et terreno pro parte sua in ea quantitate que expediat ad dictum parietem
construendum quo hedificio et opere facto alter consors apud ipsum parietem aliquid
appodiare vel in ipso aliquid immittere sive super eo aliquod opus vel hedificium facere
non possit nisi prius alii consorti cuius expensis talis paries factus fuerit refecerit et
restituerit expensas in dicto pariete factas pro parte sibi contingente contrafaciens vero
in solidos centum vice qualibet puniatur ipsis autem refectis et restitutis dictus paries ad
eum pro equali parte pertineat et ipso facto pertinere incipiat ipso iure ac et in eo et super
eo omnia facere possit que et prout potest alter consors qui ipsum murum construi et hedi
ficari fecerat ita tamen quod nullus ipsorum consortium possit in tali muro fieri facere aliquam
fenestram cloacam seu acquaiale vel aliquod aliud opus quod alteri consorti posset no
cumentum afferre et predicta omnia potestas sive vicarius communis Masse quod inde fuit requisitus
fieri et observari facere teneatur sub pena unius libre pro quolibet contrafaciente insuper volumus
quod omnes et singule lites et questiones que dictis de causis sive occasionibus mote fuerint sine
solutione salarii discutiantur et terminentur breviter summarie et de plano ac sine
strepitu et figura iudicii

Quod nemini liceat aliquid mictere in muro alterius. Rubrica. C.° xxviii.

Item statuimus quod nullus habens domum iuxta domum alterius possit aliquid immittere in mu
ro talis domus si ipse murus esset proprius sui convicini nec in eo aliquam fenestram sive
quicquam aliud facere absque voluntate talis sui convicini et si quod contrarium fecerit illud de
beat totaliter suis sumptibus amovere et destruere et murum ipsum in pristinum statum
restituere et reducere ad petitionem talis sui convicini nisi tale opus sive hedificium
ipse et suos auctores pacifice possedisset saltim spatio triginta annorum sciente et patiente
domino talis muri vel nisi aliter probet de iure tale opus fieri potuisse que omnia potestas
sive vicarius communis Masse qui inde fuerit requisitus fieri faciat et super predictis cognoscat
et diffiniat breviter summarie et de plano et sine strepitu et figura iudicii et quod in causis
huiusmodi nullius salarii solutio requiratur

Qz Lapides imissi in aliquo muro altius ex ipm muru ptendetes
sup aliquē locu pro timinis habeantur. Rca. C°. xxviiii.

Item statuimus q lapides misxi in muro alicuius protendetes extra ips muru sup aliqd
firmellum existentem int domos aliquor qincmoro sive supra aliquem locum pro te-
minis censeantur et habeantur et si quid fuerit supra apphensum vel occupatu p aliqua
psonam infra tales terminos Velud murum in quo imissi sive misxi essent in statu pstinu
restituatur et reponatur expensis ipsius sup apprehendentis et occupantis ad petione cuiq
cui interfit no obstante aliquo lapsu tpris et si talis occupato sive sup apprehendens pre-
dicta facere contempserat penam decem librar ipso facto incurerat et predicta ota petas
sive vicarius cois masse qui inde fuerit requisitus fieri et obsuari facere teneatur
sine solutione salarii breviter summarie et de plano ac sine strepitu et figura iudicii

De possessionibus no alienandis alicui psone ecclesiastice.
Rca. C°. xxx.

Item statuimus q nullus de castro masse vel eius districtu possit et debeat vendere vel alio
quocumq titulo alienare alicui psone p ecclia aliquam petiam terre posita in castro vel illius
masse et si contrahat non valeat ipso iure et nihilominus pro re tali solvere teneatur
et debeat talis vendens sive alienans coi masse omne datum et collectam omnesq onus
subire prout ante talem venditionem sive alienatione tenebatur no obstante sive aliquo
in contrarium loquente salvo capitulo posito sub rubrica quibus casibus terre p aliquē
concesse alicui eccle titulo pmutationis debeant de eo libra removeri

De formis faciendis iux vias p laboratores. Rca. C°. xxxi.

Item statuimus q omnes laboratores terrar sive proprias sive conductas existetin
iux vias publicas sitas in districtu masse [illegible] et debeant fodere et fieri facere
formas sufficientes iux ipas vias quatum p directum protendeant ipse terre quas
colerent et ipsas formas mundare et vacuare prout et quotiens expediret Siquis
vero eor contrafecerat pena viginti solidor cortonen ipso facto incurerat que eid
de facto auferri debeat p dominum potestatem seu vicarium castri masse sive p aliu
qui ad huiusmodi officiu fuerit deputatus

De viis actandis Cois Masse expensis adiacentium. Rca. C°. xxxii.

Item statuimus q potas sive vicarius cois masse q inde fuerit requisitus teneat et de-
beat ad petitionem cuiuscumq psone facere aptari refici reformari disgobrare ampliari
et siliciari quamlibet viam positam in castro masse expensis adiacentiu ipsi vie et q ipsi
adiacentes eligi faciant duos superstites de quibus ipsi omnes vel maior pars eor
concordes fuerint quibus expensis dictor adiacentiu debeat de congruo salario
provideri qui superstites circa pdicta sollicitam et diligentem curam habeant et [illegible]
[illegible] huiusmodi oportunitas occurrerit [illegible] et dec [illegible]

Lapide

dunis

d[illegible]uis actandis

et alij huiusmodi eos adiacentes esse intelligi debere qui tali via uterentur seu qui haberent possessione iuxta talem viam. Et si dicti potestas siue vicarius predicta fieri et obseruari non fecerint ut predicitur pena decem sol(idorum) corton(ensium) pro qualibet puniatur.

De viis Castri Masse et eius districtu. Rubrica. C°. xxxiij.

Item statuimus quod potestas siue vicarius castri masse qui inde fuerit requisitus teneat et debeat ad petitionem cuiuslibet facere terminari omnem viam p(ublicam) et vicinale sita in castro masse uel eius districtu que diceretur indigere aliqua terminatione et siquid de ea super apprehensum fuit faciat restitui et ad pristinum statum reduci ad penam decem librarum corton(ensium) pro quolibet rectore contrafaciente et qualibet vice.

De non habentibus viam per quam vadant ad rem suam. Rubrica. C°. xxxiiij.

Item statuimus quod si quis non haberet viam per quam comode ire posset ad rem suam potestas siue vicarius communis masse qui inde fuerit requisitus teneat et debeat ad eius requisitionem facere sibi uendi ab eius conuicino tantum de suo terreno quod sibi sufficiat ad viam predictam pro iusto et decenti pretio taxando si ipse partes concordes non fuerint per unum uel plures amicum siue amicos communes ipsarum partium per ipsas partes si fieri poterit concorditer eligendum siue eligendos seu per alterum de dictis rectoribus qui de predictis fuerit requisitus aut quod qui talem viam peteret iustum et competens cambium prebeat tali suo conuicino de terra sua si quam habet iuxta eam ad electionem talis sui conuicini secundum taxationem et declarationem unius uel plurium amicorum communium ipsarum partium eligendorum ut superius proxime continetur dummodo predicta locum non habeant in eo qui ad ipsam suam rem hactenus viam habuisset et eam alteri quomodocumque alienasset. Ceterum si quis preter uel contra dictam formam per rem alterius accederet eundo ad talem suam rem etiam si ad eam aliunde comode ire non posset puniatur ea pena qua quilibet alius extraneus de similibus introitu et transitu puniendus ueniret per formam statutorum communis masse.

De pena uendentium et mensurantium cum mensuris non iustis uel contra nostram formam. Rubrica. C°. xxxv.

Item statuimus quod omnes uendentes granum bladum legumen uel aliquid aliud ad quartinum mezinquartinum quartum uel ad aliam mensuram pannum lane lini uel aliquid aliud ad brachium uel ad aliam mensuram siue oleum vinum et alia his similia ad galetram mezenum pitittum medium pitittum terzarulam fogliettam uel alia mensuram siue carnes aromata uel aliquid aliud quod venderetur ad pondus debeant ipsas res et his similia vendere cum iustis mensuris et ponderibus adiustatis et adequatis cum mensuris et ponderibus communis masse et sigillatis sigillo dicti communis siue potestatis uel vicarii et qui contrafecerit puniatur pro qualibet vice in viginti solidis corton(ensium) cum eis de facto auferri debeant. et nihilominus talis mensura siue

tale pondus contra dictam formā inuenta frangant et destruatur ita q̄ de cetero
non possit cum eis ponderari uel mensurari et q̄ nullus de castro masse uel districtu
debeat emere uendere uel alio modo alienare seu mensura terrarum uti nisi ad que
tingium qui est centū pitictarum ad perticam et mensuram dicti cois et secundum mo
rem et consuetudinem dicti cois et si quis utetur mensura modioli stadij coppe
mine uel alia mensura q̄ dicta mēsura dicti cois in soll centū corton uice qualibet
puniatur set q̄ omnes et singuli uendentes calcem debeant habere et tenere quā
tingium sigillatum sigillo dicti cois amplum intrinsecus ex superiori ac inferiori parte
uno pede ad pedem dicti cois ad minus et cum ipsis mensurare et uendere dictam
calcem ad culmū et nō cum alio quartingo uel mensura sine alia et qui contrafecerit
in retinendo uel uendendo soluat nomine pene et pro quolibet et qualibet uice centū solidos
cortonen̄ et q̄ in quolibet dictorum casuum cuilibet persone sit licitum accusare et
denumptiare contrafacientes et credatur accusatori uel denumptiatori cum uno teste et
habeat medietatem banni quod ex eius denumptiatione uel accusatione in camera dicti cois
peruenerit et q̄ potestas siue uicarius teneatur facere banniri

calcina

De uendentibus uinū ad minutum. Rēca. C°. xxxvi.

Item statuimus q̄ quicumque in castro uel eius tenuta masse uoluerit uendere uinum
ad minutū libere possit illud uendere dummodo habeat et habere debeat in eo loco
in quo tale uinū uenderet infrascriptas mensuras uidelicet pitittū mediū pitittū foglie
ttam terzarolam mediam fogliettam et aliquod uas quod sit capax uini numatre siue
derrate ipsius uinj quod uenderet habito respectu ad pretiū quo ipsum uinū uenderetur
que mensure sint et esse debeant sigillate sigillo cois masse siue potestatis uel uicarij
et aliter uendi non possit et q̄ nulla persona uendat uinum aliquod cuiuscumque generis
ultra pretiū ordinatum et taxatum per dictum comune teneatur et dictus potestas siue
uicarius facere mensurari omnes mensuras uendentiū uinū ad minutum et illas que
inuente fuerint iuste facere sigillari sigillo supradicto dicti cois ad huiusmodi deputato
et q̄ per uendentem uinū continue teneatur apposita ex parte anteriori uegetis ipsius
uini patenter apodissa in qua scriptum sit pretiū pitittj ipsius uinj uolumus insuper
q̄ quilibet uinū uendens tradere debeat mensuram plenam contrafaciens uero in aliquo
dictorum casuum in solidis uiginti cort puniatur preterea nullus uenditor uinj possit recipe
re ab aliquo aliquod araquetum contrafaciens uero in libris decem corton uice qualibet [illegible]

De macellarijs. Rēca. C°. xxxvii.

Item statuimus q̄ nullus uendat uel uendi faciat carnes mortacinas intra portas castri
masse nec intra ipsas portas deferat uel deferri faciat aliquod animal mortacinum [illegible]
contrafecerit in centum solidis corton uice qualibet puniatur [illegible]
et deferre tales carnes extra portas ipsius castri [illegible]

37v

carnem pro alia seu unam spetiem carnium pro alia spetie et quod nullus decipiat in vendendo ad penam decem librarum corton. Item teneatur quilibet macellarius vendere carnes ad pondus videlicet a decem libris citra cum bilanceis et a decem libris supra cum statera et quod semper vendat et tradant eas ad iustum pondus et contrafaciens vero in solidis viginti puniatur nec etiam ponderet cum ipsis carnibus capita vel pedes sive cavra alicuius bestie a genu infra seu aliqua interiora alicuius bestie sub pena decem solid. corton. Item si quis macellarius habueret stateram vel bilanceam falsam vel non sigillatam debito sigillo communis Masse puniat in quinque libris corton. Si vero post ipsam sigillationem reperta fuerit esse non iusti ponderis in quatraginta solidis corton puniatur. Et cuilibet liceat quemlibet contrafacientem denuntiare et accusare et habeat medietatem pene que in cameram dicti communis pervenerit.

De pena sup. aprendentis publica vel vicinales sitas in Castro Masse vel eius tenuta. R. C° xxxvii.

Item statuimus quod si quis sibi apprehenderit vel occupaverit sive sibi apprehensam vel occupatam tenuerit aliquam viam publicam vel vicinalem positam in castro Masse vel eius tenuta sive aliquam rem immobilem communis Masse seu aliquam eius partem teneatur et debeat suis expensis infra octo dies a die bandimenti inde facti de quo infra proxime subicitur eam disgobrare et scoperire ipsamque vacuam et expeditam et in statum pristinum reducere atque restituere cum effectu sub pena dupli extimationis talis rei aliquo lapsu temporis non obstante et quod potestas sive vicarius castri Masse teneatur de predictis omnibus generalem inquisitionem facere quolibet mense sui regiminis et quoscumque repertos culpabiles in predictis vel aliquo predictorum predicta exequi omnibus suis remedijs oportunis nec non ea omnia publice per dictum tertium quorumlibet dictorum mensium in locis solitis banniri facere.

De sepalibus sive arboribus pertendentibus sup. rem alterius removendis. R. C° xxxviii.

Item statuimus quod si quis habet aliquam arborem seu sepale que vel quod protendatur sive pendeat supra rem alterius potestas sive vicarius communis Masse qui inde fuerit requisitus teneatur et debeat ad petitionem cuiuslibet cuius interfuerit eidem precipere quod infra decem dies extunc proxime sequturos ipsam vel ipsum quod supra rem alterius protenderetur sive penderet removeat et abscindat quod si non fecerit in solidis quatraginta corton puniatur et insuper dicto termino elapso ille supra cuius rem talis arbor protenderetur sive penderet licite et impune possit colligere de fructibus existentibus in ramis et super ramos talis arboris supra ipsam suam rem protendentibus sive pendentibus que omnia locum habeant etiam in sepalibus et arboribus protendentibus sive pendentibus super aliquam viam publicam vel vicinalem sitam in castro vel eius districtu Masse ac etiam sine solutione salarij dicantur terminentur et expediantur.

De pena sup. apprehend. vias pu[bli]c[as] vel vicinales

De arboribus alicuius existentibus in re alterius vendendis ad petitio nem cuiuslibet partis. Rubrica. C°. xl.

Item statuimus quod si quis habuerit aliquam arborem in terreno alterius teneatur potestas sive
vicarius dicte masse qui inde fuerit requisitus infra unum mensem ex tunc proxime subsequentem
cogere cum effectu omnibus iuris remediis oportunis tam dominum dicti terreni ad petitione
domini talis arboris ad eam emendam ab eo pro iusto pretio quam et ad petitione domini dicti
terreni dominus talis arboris ad ipsam sibi vendendam pro iusto pretio et si de pretio dicte arbo
ris inter eos contemtio verteretur teneatur dominus potestas sive vicarius qui inde fuerit req
situs ipsum pretium taxari et declarari facere per unum vel duos amicos comunes par
tium predictarum cuius vel quorum arbitramento taxationi vel declarationi stare debeant partes
et predicta omnia sine solutione salarii expediantur.

De terminationibus faciendis. Rubrica. C°. xli

Item quod si aliqui habuerint et possederint aliquas petias terrarum vicissim confinantes atque
contiguas que inter se terminate non sint potestas sive vicarius qui inde fuerit requisitus
teneatur et debeat dictas terras infra unum mensem ex tunc proxime secuturum ad petitionem
cuiuslibet partium terminari facere per unum vel plures qui de his melius noverint sive noverit
veritatem que locum habeant sive tales terre numquam terminate fuerint sive si iam terminate fuis
sent et deinde ipsi termini fracti evulsi mutati occultati coperti flexi aut inclinati quacumque
de causa sive occasione fuissent. Teneatur quoque dictus potestas sive vicarius qui inde fuerit requisitus
ad petitionem cuiuslibet facere terminari omnes vias publicas sive vicinales sitas in castro
masse vel eius districtu et si aliqua earum pars ingomberata sive apprehensa vel occupata
fuerit eam disgomberari disoccupari restitui ac in pristinum statum reduci faciat sumptibus
sumptibus talis ingomberantis supra apprehendentis sive occupantis nulla temporis prescriptione
obstante quam terminationem fieri faciant per duos vel per plures homines vicinos prope talem
viam possessiones suas sive per earum cultores iuramento prius per eos prestito de ipsa ter
minatione fideliter et legaliter facienda et quod hii inter quorum possessiones talis terminatio fieri
deberet teneantur expensis ipsorum dare lapides qui in ipsa terminatione fuerint oportuni
Et predicta locum habeant etiam in terminationibus fiendis de quibuscumque fossatis
sive fossatellis per que aqua continue vel aliquo temporis intermissione fluere consueverit et
quod nullus impedimentum vel obstaculum aliquod inferre debeat quominus per ipsa fossata
sive fossatella aqua libere more solito fluat et fluere possit. Et si quid in contrarium
statutum fuerit illud expensis contrafacientis debeant totaliter illico removeri et
in pristinum statum reduci. Et quod si quod terrenum accreverit alicui sive resti
tutum fuerit ab aliquo fossato terminari debeat prout tale terrenum trahit et pre
tenditur per directum versus ipsum fossatum per homines qui de huiusmodi facto notitiam
habuerint veritatem per aliquem dictorum rectorum eligendum dummodo talis terminatio.

Via terminanda

Fossata

in formis molendini non preiudicet

non preiudicet nec preiudicare possit alicui in formis sui molendini Et quod dictus potestas sive
vicarius qui inde fuerit requisitus teneatur ire vel mittere officialem suum ad petitionem cuiuslibet
cuius interesset sive qui sua diceret interesse ad faciendum fieri et exequi omnia suprascripta
quotiens expediens fuerit et si de predictis vel aliquo predictorum aliqua questio vel controversia
mota fuerit coram aliquo de supradictis rectoribus discuti cognosci et terminari debeat breviter
summarie et de plano ac sine strepitu et figura iudicii Et quod quicunque in predictis inobediens
fuerit alicui de dictis rectoribus de ipsa causa cognoscenti possit condemnari vice qualibet
usque in libras decem cortonensium arbitrio iudicantis consideratis qualitate ipsius inobedientie
et conditione persone talis inobedientis Et predicta omnia et singula sine solutione salarii
alicuius paganturur et expediantur

De cursu aque non impediendo ex aquae formis vacuatis. Rubrica C.xlii.

Item statuimus quod potestas sive vicarius communis Masse qui inde fuerit requisitus teneat et de-
beat cogere omnibus iuris remediis oportunis omnes et singulos in quorum et per quorum
terras aque longevis retroactis temporibus fluere consueverit ut eas more solito in ipsas
terras fluere faciant atque sinant et quod mundent fodiant et vacuent suis expensis
et per ipsas terras fluere faciant atque sinant et quod mundent fodiant et vacuent suis expensis
foveas sive formas in quas et per quas ipse aque fluere consueverunt ita quod cursus ipsarum
aquarum nullatenus impediatur sed in eas et per eas libere fluere possint prout hactenus
fluere consueverunt et si predicta non facerent infra aliquem terminum ab aliquo de dictis
rectoribus assignatum seu postquam eis ab eo cuius interest denuntiatum extiterit possit quilibet
cuius interest predicta omnia facere et fieri facere sua auctoritate ita quod in eas et per eas
ipse aque libere fluere valeant prout hactenus consueverunt Et predicta dictus rector
qui inde fuerit requisitus fieri faciant ad petitionem cuiuslibet cuius interesset sive qui sua
diceret interesse et quilibet in predictis eis vel alicui eorum de ipsa causa cognoscenti
non obtemperans [illegible] possit et debeat vice qualibet condemnari et
nihilominus totum damnum interesse et expensas quod vel quas aliquis cuius interest dicta
de causa passus fuerat eidem reficere emendare et restituere talis contrafaciens integra-
liter teneatur Et predicta locum habeant in castro Masse in formulis et chiavicis pre-
terea volumus quod omnes et singuli agricultores sive laboratores terrarum teneantur mundare
et vacuare omnes foveas sive formas in ipsis terris sive circa eas existentes seu que
esse consueverint que omnia fiant et expediantur sine solutione salarii Et predicta
non solum in futuris sed et in [illegible] non dum sopitis vendicent sibi locum.

Ite[m] — Item statuimus

De pena proicientis turpitudinem in viis vel ante portas. Rubrica C.xliii.

Item statuimus quod nulla persona proiciat vel proici faciat aliquam terram sive fimum vel
[illegible] immundam sive putridam in via qua itur a porta nova usque ad portellam et ante
[illegible] per totam plateam contrafaciens vero in qualibet

uice qualibet puniatur et quod nulla proiciat aliquam rem immundam in aliqua viam sub dicta pena Et quod cuilibet liceat contrafacientem in aliquo dictorum casuum denuntiare et accusare et habeat medietatem bandi quod ex eius denuntiatione siue accusatione in cameram comunis Masse peruenerit et nomen eius teneatur in secretum decernentes et declarantes quod si qua persona de aliqua domo proiecerit aliquam rem immundam in aliquam uel super aliquam viam eo casu caput familie talis domus teneatur ad dictam penam soluendam proinde ac si ipse rem talem suis manibus proiecisset Et vicarius castri Masse teneatur et debeat facere banniri quod quicumque habens fimum uel aceruum lapidum uel lignaminis quod infra quindecim dies debeat disgoberare et qui contrafecerit in pena predicta puniatur.

De pena ducentis animal egrotum ad fontem. Rubrica. C°. xliiii.

Item statuimus quod quicumque haberet aliquod animal egrotum illud non ducat nec duci faciat ad aliquem fontem castri uel eius districtus Masse si suspicandum esset ne alie bestie ibi potantes possent dicta de causa egrotare contrafaciens uero in decem solidis cortonensium uice qualibet puniatur Et quod postquam tale animal sic egrotum mortuum fuerit teneatur ille cuius est facere ipsum portare extra dictum castrum a longe ad minus per tertium miliare ad penam predictam.

De arbitrio potestatis siue vicarii cum quatuor in casibus ciuilibus. Rubrica. C°. xlv.

Item statuimus quod potestas siue uicarius comunis Masse possit et ualeat ac et debeat cognoscere et decidere ac fine debito terminare omnes et singulas causas lites et questiones ciuiles usque in quantitatem viginti quinque librarum denariorum cortonensium inclusiue dum tamen dicta causa lis uel questio non dependeat a maiori summa et annuale debitum non contineat neque preiudicium inferat circa proprietatem alicuius rei immobilis soluto prius salario camerario comunis Masse secundum formam statuti dicti comunis breuiter summarie et de plano et sine strepitu et figura iudicii sola facti ueritate inspecta et habita consideratione ad medullam facti et substantiam equitatis aliquo statuto ordinamento uel reformatione disponente in contrarium non obstante. In aliis uero casibus litibus et questionibus que transcenderent dictam summam viginti quinque librarum et que dependerent a maiori summa per dictum potestatem procedatur secundum formam statuti Masse et his respondentibus secundum formam et censura iuris comunis

Qualiter procedatur in societatibus que non apparent instrumenta. Rubrica. C°. xlvi.

Item statuimus quod omnes et singule lites cause et questiones que essent et in futurum uerterentur inter aliquos occasione societatis quarumcumque bestiarum et cuiuscumque laborerii quarumcumque possessionum et terrarum comunis Masse de quibus non appareret publicum instrumentum cognoscantur audiantur et diffiniantur breuiter summarie et de plano et sine strepitu et figura iudicii et sine solutione salarii sola facti ueritate inspecta per potestatem siue vicarium comunis Masse aliquo statuto uel ordinamento in contrarium [illegible]

De compromissu

De compromissu fiendis de questionibus que oriuntur inter consanguineos. Rubrica. C. xlviii.

Vt (?) statuimus volentes quantum sit possibile consanguineorum litibus obviare ipsorumque parcere
sumptibus et expensis et quia lites inter tales plerumque ad peiora protendunt quod omnes cause
lites et questiones que essent vel esse possent vel orirentur inter aliquos consanguineos
vel affines usque in tertium gradum consanguinitatis vel affinitatis inclusive secundum
dum ius canonicum computando compromittantur in duos consanguineos vel affines
si reperientur in ipsorum consanguinitate vel affinitate vel in alios de quibus partes
fuerint in concordia et si non reperirentur vel si dictos consanguineos non haberent
compromittantur in duos bonos viros eligendos per dictos consanguineos vel affines
unum videlicet pro qualibet parte. Et potestas sive vicarius communis masse coram
quo talis questio verteretur vel esset vel esse posset teneat et debeat ad petitionem
alterius partis petentis cogere dictas partes realiter et personaliter et omnibus iuris
remediis oportunis ad dictum compromissum faciendum et ad ipsos consanguineos vel
affines aut bonos viros eligendum et etiam dictos arbitros et arbitratores sic electos
ad acceptandum et ut acceptent compromissum in eos factum. Qui quidem sic electi teneantur
et debeant dictam causam litem vel questionem et controversiam sicut predicitur eis
compromissam videre cognoscere discutere et terminare infra duos menses continuos
a die qua ipsum compromissum acceptaverint ad penam centum solidorum denariorum cortonensium
et in huiusmodi causis et questionibus. Dicti tales electi ut arbitri et arbitratores et com
sanguinei communes et amicabiles compositores possint et debeant cognoscere procedere
investigare et sententiare laudare et terminare breviter summarie et de plano sine
strepitu et figura iudicii diebus sollemnibus et feriatis omni iuris et iudiciorum ordi
ne pretermissis et sola facti veritate inspecta. Et si dicti tales sic electi non essent
concordes in laudando et terminando dictas lites causas et questiones quod tunc et
eo casu possint et debeant dicti tales sic electi eligere in tertium alium consanguineum
vel affinem sive bonum virum et tunc duo ex eis qui concordes fuerint possint
et debeant dictas causas lites et questiones decidere et terminare ut dictum est
non obstante contradictione alterius et quod si dicte cause lites questiones et controversie
infra dictum terminum per dictos arbitros arbitratores et [illegible] decise et termi
nate non fuerint dominus potestas sive vicarius qui alias de tali causa cognitione haberet
teneat et debeat ad petitionem partis petentis ipsos taliter electos cogere realiter et
personaliter ad solutionem prefate pene arbitros dicti potestatis ipsosque in palatio retinere
et non relaxare nisi primo ipsa causa questio et controversia fuerit per eos decisa et
terminata non obstante quod terminus duorum mensium predictorum fuerit elapsus salvo
[illegible] non vendiderit sibi bonum in fructis liquidis guarantigiatis tantum
[illegible] potestas sive vicarius communis masse ad petitionem partis petentis de sententia

notandum

Nota de compromissis fiendis inter consanguineos [illegible]

et laudo per dictos arbitros et arbitratores inde lata et lato executione reale et
personalem facere teneantur et debeant post lapsum decem dies a die sententie computandum si non fuerit recursum quemadmodum fit de instris (?) super quarantigia continentibus aliquo in contrarium non obstante. Et si a dicto laudo sententia et arbitramento fuerit per aliquam partium recursum reclamatum seu de nullitate dictum et talis recurrens seu de nullitate dicens succubuerit non possit amplius a sententia lata super dicto recursu et nullitate appellare vel de nullitate dicere et super appellatione vel nullitate nullatenus audiatur sed potius ut dictum est executioni mandetur aliquo in contrarium non obstante.

Molendinarii

Quod molendinarii habeant coppitellos cum quibus accipiant multuram et de pena contrafacientium. Rubrica. C°. xlviii.

Item statuimus quod in quolibet molendino communis masse coppitelli ferrei debeant haberi et retineri palam ligati cum catena de ferro et sigillati sigillo communis vel vicarii qui coppitellus sit capacitatis vigesime quarte partis unius quartinghi rasati et non ultra et quod molendinarii molituram ad aliam mensuram non accipiant nec accipi faciant seu permittant contrafaciens vero in centum solidis cortonensium vice qualibet puniatur et quod quilibet possit quolibet contrafacientem accusare et denuntiare et habeat medietatem bandi quod ex eius denuntiatione vel accusatione in camera dicti communis pervenit et quod notarius dicti communis possit et debeat perscrutari pro predictis et habeat de inventis per ipsum contra dictam formam quartam partem banni quod ex eius inventione et relatione in cameram dicti communis pervenerit et hoc pro plena et legitima probatione habeatur. Et quod dicti molendinarii non possint gravari usque quo habuerint dictos sigillos quoquomodo.

Molendinarii

Addictio et declaratio statuti quod superstite masculo filie femine non succedant. Rubrica. C°. xlviiii.

Item statuimus quod si aliqua mulier de castro vel villis seu que in castro vel eius districtu incolatum traheret seu habitaret decederet ab intestato cum filiis masculis et feminis ex diversis matrimoniis procreatis quod filii masculi unus sive plures in quocumque numero in uno vel ex diversis matrimoniis procreati habeant et habere debeant iure successionis ante partem de hereditate dicte communis matris ab intestato decedentis tertiam partem hereditatis predicte. Et quod reliquie due partes dicte hereditatis dividantur inter dictos filios masculos et filias feminas que ex eadem muliere remanserint equaliter et per capita dicto iure successionis et que supra dicta sunt locum habeant et habere intelligantur in nepotibus et neptibus talis mulieris decedentis natis ex filiis seu filiabus talis mulieris si dicti filii vel filie non viverent tempore mortis talis mulieris videlicet quod dicti nepotes seu neptes succedant in locum patris vel matris premortui seu premortue et in dicta hereditate admittantur et succedant ...

Loco et pro ea portione in quo et ad quam pater seu mater ipsorum seu ipsarum succederent si viverent vigore presentis ordinamenti talimulieri decedenti. Et presens addito limitatio declaratio et decretum et ordinamentum locum habeant in futuris et non in preteritis. Et dictum capitulum statuti quo ad cetera alia in ipso capitulo statuti contenta in suo roboris firmitate remaneat.

De Juramento potestatis sive Vicarii. Rubrica. C°. l.

Dei nomen [illegible]. Juro et jurando promitto ego qui sum potestas sive vicarius electus castri Masse et districtus eiusdem toto tempore mei regiminis ipsum castrum eiusque districtum ac libertatem honorem jurisdictionem et statum pacificum ipsius regere salvare et manutenere conservare et augmentare pro posse populum et populares ac statum castri et districtus eiusdem consilium ipsius populi et officium dominorum quatuor. Et statuta omnia reformationes ordinamenta provisiones et decreta facta et in futurum fienda tam per ipsum consilium populi quam per ipsos dominos quatuor attendere observare ac effectui mancipare et toto tempore mei regiminis cum meo notario stare et morari in mora trahere in castro predicto nisi irem pro factis comunis ipsius castri et tunc de licentia dictorum dominorum quatuor nisi notarius meus iret pro officio exercendo in dictum districtum Masse quem mihi liceat mittere quando opus fuerit. Et non me absentare a castro et districtu Masse nec notarium absentare permittere tempore mei regiminis sine expressa licentia predictorum dominorum quatuor. Et si me absentavero seu meus notarius se absentaverit tenear et debeam discomputare de meo salario pro quolibet die mee absentie decem solidos. Et meum officium bene legaliter pura fide et sollicite facere et exercere. Et sic meus notarius faciet et cuilibet petenti jus et justitiam facere pro posse et per meum officialem fieri facere et ipsam justitiam nemini denegare. Et specialiter orfanis viduis et miserabilibus personis manutenere pro posse defendere et augmentare loca sacra religiosa et pia castri et districtus predicti eorumque bona et jura et potissime hospitalis sancti Antonii dicti comunis et eius jura et bona prout teneor per formam statutorum predictorum et his deficientibus secundum formam et censuram juris comunis. Hereticos scismaticos eorumque receptatores [illegible] coercere punire ac persequi juxta juris censuram et non recipere nec recipi facere a comuni Masse vel speciali persona aliquod donum munusculum vel aliud ultra meum salarium contra formam statutorum dicti comunis. Et quod omnia [illegible] de meis denariis propriis habere procurabo. Et generaliter omnia [illegible] et a meo officiale fieri facere que teneor seu que ipsa [illegible] formam alicuius capituli statuti dicti comunis sive mee electionis

orfanis viduis et miserabilibus personis manutenere

que omnia faciam et fieri faciam ab ipso meo officiale bene et legaliter puris manibus fideliter
et sollicite remotis odio amore premio precibus fraude timore et omni humana gratia si deus
me adiuvet super statutis cassis dicti communis ad sancta dei evangelia ipsis per me corpo
raliter tactis

De sindicatu potestatis sive vicarii. Rubrica. C°. li.

Quoniam dignum est quod quilibet villicationis sue rationem reddat atque sue administrationis pro
ut gesserit premium seu penam reportet hac lege provisum est quod potestas sive vicarius
castri masse cum suo notario teneantur personaliter tribus diebus stare ad sindicatum et
reddere rationem de gestis per eos coram sindicis dicti communis In primis quod sindici for
mare debent vel fieri facere inquisitione contra predictos et quemlibet eorum de omnibus et sin
gulis malegestis per eos et de omnibus et singulis culpa vel fraude commissis vel omissis contra
ius et iustitiam et preter vel contra formam alicuius capituli statutorum dicti communis
que inquisitio formata sit primo die dicti sindicatus trium dierum Et dicti sindici faciant
dictum dominum potestatem seu vicarium citari quod incontinenti ipsa die citationis coram eis
debeant personaliter comparere ad respondendum inquisitioni predicte ad se ipsos excusan
dum et defendendum ab ea Et post comparitione ipsorum inquisitorum processum iuris expediant
et ad finem perducant ita quod die penultima vel ultima trium dierum omnino sententia ferant
et teneantur culpabiles punire et sententiare et non repertos culpabiles absolvere sententiando

Suppletio et declaratio statuti de pena verborum iniuriosorum. Rubrica. C. lii.

Item cum in statuto posito in volumine statutorum dicti comunis sub rubrica de pena rei percussoris iniu
rias tertie distinctionis pena dicentis verba iniuriosa non sit comprehensa ideo ipsum statutum
supplentes decernimus et ordinamus quod si quis dixerit seu protulerit alicui vel contra
aliquem verba iniuriosa puniatur pro ipsis verbis licet pluribus uno impetu seu in eadem
rixa non divertendo ad alios extraneos actus dictis penis viginti solidorum [illegible] et ab inde
supra usque in quantitatem trium librarum arbitrio iudicantis Et hoc intelligatur nisi ille cui
dictum [illegible] [illegible] vel de facto esset persona illustris ut sunt prelati ecclesiarum et do
mini sive doctores et similes persone quo casu de iniuria verbali puniatur iniurians in libris
quinque et de iniuria facti puniatur in libris decem et ultra hec sequetur ius commune
in talibus personis predictis

DE FESTIVITATIBUS — Rubrica. C°. liii.

Ad honorem et reverentiam omnipotentis dei et beatissime eius matris marie et omnium
sanctorum et sanctarum dei statuimus et ordinamus et presenti lege firmamus quod nullus
de castro masse incola et habitator dicti castri vel eius ville possit vel debeat facere
vel fieri facere aliquod laborerium vel aliquod manuale opus corporaliter vel [illegible]
[illegible] in infrascriptis festivitatibus videlicet in diebus dominicalibus in festo [illegible]
[illegible] [illegible] sanctorum in festivitatibus omnium apostolorum in festivitatibus assumptionis et omnibus
[illegible] beatissime virginis marie in festo nativitatis domini nostri yhesu christi

Item d. x solidis

Excomunicationis [illegible]

Excomunicationis pena

pascatis resurrectionis cum ascensione et penthecosten et in festo gloriosissimi martiris
et confessoris sancti felicis huius castri protectoris contrafaciens autem in penam decem
solidorum ipso facto incurrat In quibus festivitatibus preter diebus dominicis nativitatis
domini [et] pascatis possint pro evidenti necessitate portare paleam herbam et granum

De precepto g[uarenti]gi[e]. R[ubri]ca. C. liiii.

Item statuimus quod multa inconvenientia evitanda et pericula animarum nostrarum
quod nullus de [illegible] de castro masse nec non et habitatoribus eiusdem castri presumat
pro aliqua licentia sive littera excommunicationis ad curiam domini episcopi pro quacumque
causa [illegible] sine licentia dominorum quatuor de castro masse et sine licentia proprii sacer-
dotis ad penam decem ducatorum auri quorum quinque applicentur camere ecclesie et quinque
camere communitatis dicti castri de quo potestas sine dicti [illegible] faciat retentionem

De executione guarentigie R[ubri]ca. C. lv.

Item statuimus quod licitum sit iudicibus et notariis qui conficiunt cartas publicas
in castro vel eius districtu masse et unicuique ipsorum preceptum guarentigie facere
de debitis [illegible] manu scriptis et de aliis bonis et rebus de quibus contractus co-
ficerentur in hunc modum videlicet talis iudex vel notarius tali volenti et confitenti precepit
quod solvat debitum prefatum tali creditori ad talem terminum ut in ipsa scriptura
continetur et defendat rem venditam et contractum observet ut instrumentum
et omnia et singula que in his scripturis continent et teneatur potestas et quilibet
loco eius fuerit ad iustitiam reddendam sedens dictum guarentigia tenere
in hunc modum videlicet quod soluto salario camerario communis masse ad petitionem
et requisitionem creditoris vel heredum ipsius vel alius qui ius cessum haberet
vel procuratoris eiusdem fiat fieri preceptum per baiulum communis masse personaliter vel
ad domum habitationis ipsius debitoris quod debitor vel heres ipsius veniat ad
standum et morandum in palatio communis masse vel platea ante domum communale
et inde non discedat nisi primo satisfecerat tali suo creditori vel [illegible] [illegible]
vel habenti ius cessum ab eo de omni debito salario et expensis et de omni eo quod
in ipsis instrumentis nostris continetur ad penam decem librarum [illegible] communi
persolvendam nisi ipsa die de predictis omnibus et singulis suo satisfecerit creditori vel
heredibus ipsius vel ei qui ius cessum ostenderit coram eo quicumque debitor
si veniat cogatur per eum qui dictam guarentigiam executioni personaliter et realiter prout et
guarentigia de ipsius creditoris vel suis heredis vel ius cessum habentis prosequi[tur]
nisi ipse debitor vel conventus ex forma guarentigie opposuerit solutionis exceptionem
[illegible] quam solutionem probare possit infra tres dies a die precepti facti per baiulum
[illegible] per instrumentum quietationis vel instrumentum ipsius debiti cancellatum
et nullam aliam exceptionem possit opponere vel alio modo [illegible] per quam
[illegible] preceptum guarentigie impediatur vel retardetur [illegible]

tamen quod ad dictam exceptionem probandam nullatenus admittat nisi primo apud ydo
neum mercatorem vel campsorem depositum fecerit de quantitate debita salario et ex
pensis et de omni eo quod in dicto instrumento continetur sicut de ipsius iudicis
processerit voluntate. Si vero non venerit in termino sibi dato et assignato per baiulum
vel sine licentia creditoris vel eius heredis vel ius cessum habentis de dicto palatio
discesserit in dicta pena decem librarum ad requisitionem seu ad denuntiationem talis
creditoris vel alterius predictorum per potestatem omnino condemnetur omnibus iuris
sollemnitatibus pretermissis que condemnatio scribatur et fiat per potestatem supradictum
tenens quotiens ipse debitor preceptum prefixum factum a baiulo adimplere
contempserit et nihilominus contra bona talis debitoris vel heredum ipsius atque
[illegible] procedatur omni modo prout ab ipso creditore vel herede ipsius sive
ius [illegible] cessum habente fuerit postulatum in capiendo et detinendo et domum vel do
mos [illegible] vel scrucando tenutam bonorum capiendo et vendendo in solutum
capiendo quousque fuerit satisfactum sicut de ipsius creditoris vel ipsius heredis
vel ius cessum habentis processerit voluntate. Hoc inter tales creditores vel
heredes eorum vel ius cessum habentes integre servato quod si eos fuerit firmaverit
se debitorem habere suspectum ostenso instrumento guarantigie nulla ipsius de
bitoris requisitione prehabita potestas et alii qui dictam guarantigiam executuntur
capi et ad palatium duci facere teneantur ipsum debitorem ita quod ipsis creditoribus
vel eorum heredibus vel ius cessum habentibus penitus satisfiat nisi premissam excep
tionem opponeret et probaret modo superius nominato super quibus omnibus et singulis
potestas sive vicarius procedat sicut ei videbitur expedire. Et sicut de talis cre
ditoris vel eius heredis vel ius cessum habentis processerit voluntate servata
tamen forma predicta in quibus omnibus et singulis preceptis et executionibus predictis
et quolibet predictorum omnis appellatio et nullitatis remedium conquiescat ita
quod ipsorum remedio vel alteri predictorum vel de predictis processibus preceptis vel
executionibus vel aliis supradictis possit vel debeat immutari tolli revocari vel
emendari. Si quis autem contra fecerit vel venerit occasione guarantigie supra
dicte a processu qualitercumque facto appellando vel de nullitate dicendo vel in aliquo
predictorum contra faciendo pena viginti librarum cortonensium penitus puniatur et ipsam
appellationem allegationem vel contradictionem aliquis iudex non admittat sed
predictis vel aliquo predictorum non obstantibus ad executionem procedat sicut ei videbit
expedire et iudex qui ipsam appellationem receperit pena simili puniatur
et penam supradictam etiam advocati et procuratores sustineant et alius
quilibet qui in predictis contrafecerit patrocinium procurationem vel advocat
vel aliquid aliud contra predicta vel alterum predictorum prestando vel contra
faciendo et predicta omnia et singula fieri possint et debeant [illegible]

De securitate iuramenti

diebus utilibus et feriatis sup quibus omnibus et singlis potestas et sua curia facultates existant. Ita q omnia et singula integraliter effectui demandentur nullo aliis
tus vel deliberatione aliqua requisitis. Que omnia et singula et quodlibz predictorum
locum habeant et inviolabiliter observentur in omnibus psonis maioribus et privilegiatis
psonis civilibus et forensibus qui in dicta curia litigarent. Et hoc capitulu et omnia et singula suprascripta locum habeant et roboris obtineant firmitatem in preteritis et adhuc
pendentibus et futuris aliquo iure civili canonico vel statuto no obstante quib omnibus
predictis non obstantibus presens capitulu servetur ac si ipsa in psenti capitulo essent
expressa seriatim ac etiam divulgata que in hac parte pro cassis et irritis habeantur
Et potestas et quilibet alius rector cois masse et qui loco alicuius eorum fuerit sub
pena decem librarum predictum capitulu in omnibus et p omnia poni facere tenea[tur]
de statuto in statutum. Ita q hec omnia et singla semp vigeant ~~in statuto~~ et de
statuto. Ita potestas et quilibz alius rector comunis masse teneat et debeat pdicti
capitulum in omnib et p omnia ut superius est expssum executioni mandare in oibus
contractibus factis a decem annis citra sive in eis contineatur preceptum quarantigie
sive non

Dominicus Gentilis Ritius Spoleti: Amerie: Montanee: Masse q etc. Gubernator.
Quoniam supradca statuta vidimus & pluries perlegimus ac adhibito consilio dni auditoris nri
viri usq Iuris doctoris prestantiss diligenter examinavimus et cu eodem coicato partitoq labore ubi
correptione opus fuit, illa correximus et q mutanda visa sut in melius reformavimus ac in psnti volumine
describi et annotari curavimus; Iccirco omnibus & singulis curiosissime ponderatis & animadversis
quia ea utilia et admodum decentia visa sunt & ab honestate no devia nec preiudiciu aliquod ecclesiastice
libertati sedisq et camere aplice ac provincialibus vel alteri cuipia detrimentu vel damnu allatura: harum
serie ex nri officij auctoritate vel facultate quomodolibet nobis a Smo D. N. concessa et attributa eadem
hec omnia & singla statuta memorata Tanquam bona et honesta admictimus approbamus et confirmamus emologamus q et validamus omni meliori modo & forma quibus melius et validius possumus ad
beneplacitum prefati Smi D. N. ac sedis apostolice: Mandantes omibus & singulis quorum interest et quorumlibet
interesse poterit sub penis in eis contentis et alijs nro aut successorum nrorum arbitrio exigendis & fisco
aplico applicandis: Quatenus ipsa ut iacent inviolabiliter observent et quantum in eis est ab alijs observari
faciant: contrarijs no obstantibus quibuscuq: Datum in arce Spoletana sub fide nri consueti sigilli:
die secunda February MCCCCLXXXI.

B: Bennatus

Notula capitulorum

In dei nomine amen. Hec est notula capitulorum et pactorum pertinentium et spectantium nouo uicario castri masse pro exercitio sui officii durante tempore sui regiminis in dicto castro masse secundum consuetudinem dicti castri que notula facta et composita fuit per dominos quatuor deputatos ad regimen dicti castri cuius tenor talis est videlicet

In primis quod nouus vicarius eligendus sit et esse debeat publicus prancus et expertus notarius et de suo officio notariatus fidem facere teneatur dominis quatuor electis ad regimen dicti castri per suum priuilegium quod ponere teneatur in libro actorum dicti castri

2 Item quod dictus vicarius eligendus teneatur uenire ad suum officium exercendum prima die semenstris quo ipse electus erat et se cum vno famulo presentare coram dominis quatuor dicti castri

3 Item quod dictus vicarius per sex menses sit obligatus et per dictum tempus eius duret officium.

4 Item quod ad dictum officium exercendum prefatus vicarius secum habere et tenere debeat vnum famulum litteratum et scribere scientem.

5 Item quod dictus nouus vicarius habeat in dicto semestri a camerario vniuersitatis dicti castri pro eius et dicti famuli salario viginti quinque florenos ad rationem triginta nouem bolonenorum pro quolibet floreno monete certam et currentem in dicto castro quod salarium dictus vicarius recipiet in pecunia numerata a dicto camerario in duabus paghis videlicet medietatem dicti salarii in primis tribus mensibus dicti semenstris et aliam medietatem finito tempore sui sindicatus et quod sindici qui eum sindicabunt faciant absolutionem uel condemnationem quod absit

6 Item quod predictus vicarius teneatur nocte dieque vigilare cum sua familia circa custodiam totam et sollicitudinem dicti castri et custodes in nocte et die deputatos requirere prout dictis dominis prioribus placuerat et videbitur secundum conditionem et qualitatem temporum

7 Item quod prefatus vicarius teneatur et debeat sollicite bariare perquirere et inuestigare contra damnum dantes in teneuta dicti castri et ultra dictum salarium sibi constitutum habebit a dicto camerario quartam partem penarum damnorum datorum quas in comuni dicti castri fecerit deuenire videlicet de illis damnum datis inuentis per eum uel eius famulum et que uenient [illegible] dictorum damnorum datorum tantum

43v

8 Item quod dictus vicarius teneatur et debeat stare contentus dicto eius salario et
dicta quarta parte penarum dictorum dominorum datorum et nihil aliud a camerario
universitatis dicti castri vel singularibus personis percipere possit vel debeat habere.

9 Item quod dictus vicarius teneat et debeat omni die iuridico secundum formam statutorum
communis Masse semel tantum in die de mane ante tertiam stare et reddere ra-
tionem cuilibet petenti absque exceptione personarum et de diebus utilibus et feriatis
[illegible] fiet secundum formam statutorum Masse

10 Item quod vicarius prenominatus finito dicto tempore semestris teneat et debeat
[illegible] memoriam dimittere penes camerarium dicti castri et dare suis expensis
dicto camerario unam balistam bonam et sufficientem et unum crocum seu in-
genium aptum ad caricandum balistam et viginti verrettones ferratos et
inpennatos valoris et estimationis secundum dictum dominorum quattuor trium flo-
renorum auri et si dictam balistam non assignabit teneat dare dicto camerario
in pecunia numerata florenos auri tres

11 Item quod dictus vicarius teneatur facere unum librum publicatum curarum civilium
et criminalium in cartis bombicinis et dictum librum finito dicto semestri apud
camerarium dicti castri dimittere et relaxare et in eo ponere scribere et regi-
strare omnia acta civilia et criminalia que per ipsum et coram eo fient
et sententias per eum in civilibus et criminalibus fiendas dandas et promul-
gandas absque alio salario vel mercede possit tamen dictus vicarius extra-
here copias secundum scripturas dictorum actorum expensis petentis et recipere
unum bolonenum pro qualibet carta dicte copie et non ultra



12 Item quod vicarius iurabit ad sancta dei evangelia corporaliter manu tactis scripturis
in manibus dictorum dominorum quattuor dictum suum officium bene legaliter
et bona fide exercere remotis odio amore timore prece pretio et omni huma-
na gratia statuta reformationes et decreta dicti castri facta et fienda
observare et manutenere pro posse



13 Item quod dictus vicarius teneat et debeat de prima paga dicti sui salarii
dare et solvere pro mercede scripture sue electionis et presentium capitu-
lorum libras duas denariorum cortonensium

In nomine domini Amen. Anno ab eiusdem salutifera nativitate millesimo cccc° LXXX, indictione xiiij, tempore pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Sixti divina providentia pape quarti, et die xxviij mensis Januarii.

Congregati et cohadunati simul in domo palatio solite residentie dominorum Petrus Jacobus Francisci, Bartholomeus Gentilis, Petrus Anthonii et Pasinus [illegible], domini priores et quatuor antepositi terre Massе, una cum Cosciolo [illegible], Johanne [illegible], Valentino [illegible] et Bartholomeo [illegible], hominibus electis et deputatis per generale consilium dicte terre prout constat in libris et [illegible] terre per [illegible] pleonarci [illegible] ad faciendum infrascriptas reformationes et capitula, qui domini priores et homines predicti vacantes et attendentes circha dicta commissione et comodum hominum dicte terre, inprimis reformaverunt et promisserunt omnibus et singulis dicta capitulis et reformationibus voluntate et licentia ac auctoritate illustrissimi et potentis domini domini Jo. Gon. [illegible] [illegible] moderne Masse [illegible] et [illegible] Christi nomine invocato.

Inprimis statuerunt et reformaverunt ac [illegible] statuto addiderunt quod si aliquis de terra Masse vel eius villis esset per curiam potestatis dicte terre detentus vel carceratus pro aliquo debito civili a quatuor florenis supra et voluerit suo creditori dare de bonis suis usque ad integram satisfactionem debiti ad extimam fiendam per duos homines eligendos per creditorem et debitorem quod tunc et eo casu potestas qui pro tempore fuerit debeat ipsum debitorem licentiare et relaxare [illegible] vel [illegible] possit [illegible] de bonis suis, quod capitulum non intelligatur pro forensibus quibus summaria fiat [illegible].

Item statuerunt et reformaverunt quod quilibet de dicta terra Masse possit cum omnibus et quandocumque voluerit et sibi placebit dare licentiam de bonis suis cum scripturis [illegible] manu notarii vel [illegible] et durando tempore quo voluerint dantes ipsam licentiam durare et aliter sit nulla et nullius valoris.

Item statuerunt et reformaverunt quod potestas vel [illegible] dicta terra non possit nec debeat procedere contra [illegible] in filiis et [illegible] pastinis non [illegible] ad [illegible] [illegible] Masse [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] filiis [illegible] nocumento [illegible] [illegible]

Item statuerunt et reformaverunt quod nullus extra Masse vel alicunde possit [illegible] [illegible] aliquam [illegible] dare et date facere [illegible] [illegible] [illegible] reclamationis.

Item statuerunt et reformaverunt quod [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] debeant [illegible] in possessionem [illegible] nisi a [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et possessionem [illegible] [illegible] dictam [illegible] [illegible]

Reus [illegible] de bonis [illegible]

Licentia [illegible]

Item statuerunt et reformaverunt quod nullus potestas vel vicarius dicte terre possit
se absentare a terra vel districtu masse ultra duos dies sine expressa licentia
dominorum priorum dicte terre ad penam viginti solidorum denariorum de suo salario retinendo

Et ego [illegible] Marini de Spoleto publica et imperiali auctoritate notarius et
iudex ordinarius et nunc potestatis notarius et scriba dicte masse suprascriptis
reformationibus et omnibus et singulis suprascriptis interfui et rogatus scribere scripsi
et publicavi et ad fidem me hic subscripsi et publicavi signumque nomenque
meum apposui consuetum

Do(minus) Bern(ardus) Rectoris Spoleti. Americ(us) Massae q(ue)r(?) Gubr(?)

Introscriptas reformationes sive capitula per nos diligenter inspecta et considerata quia honesta ab equitate
non aliena et ad publicum comodum dicte terre masse spectantia visa sunt harum serie confirmamus approbamus
validamus et pro confirmatis haberi ac observari inviolabiliter mandamus contrariis non obstantibus quibuscumque.
Datum in arce spoletana die iij februarij M·CCCCLXXXV·
Introscriptas reformationes s(un)t

B. Bennatus de Man(?)

In dei nomine Amen. Anno a natiuitate eiusdem M cccc LXXXVII indi
ctione quinta tempore sanctissimi in christo patris et dni nri dni Innocentii diui
na prouidentia pape octaui die prima Nouembris.

Publico et generali consilio comunis et hominum terre Masse Tudertine dioc
more solito et consueto cohadunato inquadam sala terrigia nobilis viri
Hieronymi Boni accursi de nobilibus de Massa posita in dicta terra iux bona
Gerardini Lelli de nobilibus de Massa et bona dicti Hieronymi et alios latera
in sufficienti numero cohadunato ad requisitionem Patritii pub baiuli dicte
terre de commissione et mandato mag viri et famosissimi v. i. doctoris domini
Modestini terribilis de Narn Rmi dni Cardinalis Perusini commissa
rii et auditoris inquo quidem consilio sic cohadunato interfuerunt ut ipsi
asseruerunt due partes et ultra hominum dicte terre Masse vacantes et
attendentes circa utilia et bona dicti comunis et pro bono et pace hominum
dicte terre viua voce nemine discrepante vigore auctoritatis dicti domino co
missarii pro ut de dicta commissione patet in libro Ser Marini de monte bene
prtis dni potestatis dicte terre masse ad fo. statuerunt decreuerunt
et ordinauerunt quod infuturum in dicta terra Masse de malefitiis commissis et commi
ttendis in dicta terra Masse et ex quorumque modo non possit fieri aliqua et
missa gratia taxatio vel remissio de aliquo malo commisso vel committendo nisi
in consilio generali prout cohadunato more solito et dicta gratia remissio vel
taxatio mictatur ad bussulas et pallucctas et per quatuor partes quinque par
tium hominum et pallucctarum optineatur et si aliter fieret ipsa gratia remissio
et taxatio sit ipso iure nulla et nullius valoris efficatie et momenti.

Item statuerunt et ordinauerunt nemine eorum discrepante vigore auctoritatis
predicte quod infuturum vicarius seu potestas dicte terre Masse habeat et
habere debeat quintam partem malleficiorum dequibus ad manus camerarii dicti
comunis terre Masse effectualiter peruenire fecerit cum hac conditione quod dictus
potestas et vicarius teneantur et debeant exigere omnes penas malleficiorum et ad
manus camerarii peruenire ~~facere~~ ad sinnandas eis et nullibus ipsorum per prio
res dicte terre Masse pro tempore existentes dummodo abiles sint exigende
et si predicto non obseruauerit in computum sui salarii admictatur.

Item statuerunt et ordinauerunt quod omnes pecunie penes Sellum Thome camera
rium dicte terre Masse ad presens existentes videlicet floreni 96. cum dimidio
et non possit expendi nisi pro reparatione murorum dicte terre existentium
prope domum Petripauli Iohannis Andree, et prope domum fratrum [illegible]

de massa: et siquis contra fecerit in penam dupli incurrat camere aposto-
lice applicanda: et q nemo possit rengare proponere consulere vt quovis alio mo
adtemptare q dicte pecunie sive earum pars in alium usum converti debeant sub
pena florenorum decem auri de facto camere aplice pro medietate applicanda et pro alte-
ra dicte fabrice et offitiali executionem facienti:

Modestinus Terribilis de Narnia Rmi dni
vice legati Perusij etc. Auditor et commissarius:

Reformationem suprascriptam quoniam nedum utiles sed necessarias fore reputavimus
libenti animo confirmamus: emologamus: approbamus: et roboramus auctoritate ut supra
a nobis concessa et attributa mandantes eidem sello camerario ex sub pena dupli non
audeat ut presumat aliquo quesito colore velamento vel pretextu pecunias predictas
vel earum partem aliquam solvere aut erogare in aliquem alium usum etiam
si consilium offitiales et massarij dicte terre illud preciperent ordinarent sta-
tuerent sive mandarent. In quorum fidem et cetera: Dat Masse die septima
mensis Novembris M cccc° lxxxxvij

Alemanius antreozinus
Cancellarius de mandato

146r 93

Julius Ces. Cantelmus Comes Nicastri Filogni et Massae etc. in Temporalibus in spiritualibus aut Totius provinciae Ducatus etc. Vice-legatus Generalis

Et si Ardua suorum locorum fidei, et regimini Creditorum negotia presidem rimari decet: Minima autem nec sint pretermictenda: nam e parva scintilla magnos ignes interdum assolet excitari: Ideo ut omnis scandali occasio penitus Tollatur et amputetur: Quo homines Massani quieti sese dedant et incumbat facilius. Ad preces dce Communitatis hac lege perpetuo valitura. Et ita hactenus consueta sancimus et credatur patronis possessionum suarum de Licentia data de pascolando seu transeundo per suas personas possesiones per ipsius Juramentum seu testium depositionem: aut per scripturas dummodo dca Licentia tempore cuiuslibet ptoris innovetur. Non obstan. quibuscumque. Datum in Terra Massae XV Junii MCCCCLXXXV

Quoniam Leges prout tempora ferunt ita varientur et cum saepenumero ex litibus nedum sumptus verum etiam quod deterius est et tumultus et rixe conciantur ac nascuntur unde discordiae semina inter pu[bli]ca dispergunter: quae ubi radices suas firmas cepit indies magis dilatur et serpit. Ut igitur hoc seminis genus radicitus extirpetur ne ...evellat: Censuimus huic seditioso veneno per opportunam medelam fore adhibendam: ut igitur dca Communitas Massana laeta pace concordiaque fruatur Statuimus et ordinamus ut potestas pro tempore existens in causis civilibus summam quinquaginta solidorum non trascendentibus sine aliqua petitione in scriptis procedere debeat: et sola facti veritate exequi: ~~[illegible]~~ infra decem dies utiles per snam terminare debeat sub pena decem librarum pro qualibet vice si contrafecerit aplicandarum pro medietate cam[e]rae ap[osto]licae et pro alia medietate Communitatis dce Terre Massae. Non obstan. in contrarium quibuscumque. Datum in Terra Massae XV Junii MCCCCLXXXV

Vincentius Mergant

Raymundus Gentilis de monte Falco

(margin notes:) Iuliani ... ; ... de habitatione ... ; ... potestas ... summarie etc. cognoscere ... sold. in causis civilibus ; de ... possim procedere summarie usque ad summam L sol. sine ... ... scriptura

46v

Al molto mag.co

Ruffinus cacatiao da s. ...

Al molt mag.co ... honorando

... pregoso ... piaque ...

do da bevadra ... che estara ... cortesia Norie ... tena me andare ...

... abbia ... Remedio ... Al ... molt ... consolo

Al molto

Pirrus achilleus

Pirrus

Dalli Doctor

Al molto mag.co ... Massa ... honorando ...

... ne prosimmy

vostro ... honorando

Al molto mag.co ... Jonas mag.

... serva ... fra ... hee ... gano

... osservat ... honorat

Crimina ... probos

Communi ...



ego ...

Ascanius

Bologna ...

Hancé la pena ...

Amor ...

Logesa ...

Domini

47r



[illegible] omni cordis

[illegible]

IIII

Tibi sola places [illegible]

do

ffidelis [illegible]

10
9
60
42
13

[illegible] scuto

[illegible]

47v

DOMICUS . GEN RICCIUS . IAN. Spoleti Amerie
Masse . Commune qz Gubernator . alli nri dilectissimi priori Coe et omi
versita del Castello di Masse . Salute . Perche intra le altre cure havemo del nro governo
questo nro castello di Masse singulare dilectione desideriamo se abbia pacificamente et quietamente
regere et Gubernare et alli officij del dicto castello preficere et constituere homini
boni et zelatori del ben commune de quello . Per questa longa pia et paterna consideratione
mossi al presente havemo ordinato et renovato novo Bussulo del priorato et Camorlengato
del dicto Castello et sei Spirituali in locho di deficienti et quattro camorlenghi . Quale
volemo sia vero novo et autentico bussulo del regemento delli officij del dicto Castello con
gli infrascripti capitoli et ordinationi inviolabilmente da observare in futuro videlicet —

In prima per ... in uno bussolello ligato di una cordicella et sigillato del nro bullo havemo
rechiusi li dicti . Lvj . nomi descripti in . xiiij . breviccelli de membrana ... et quattro
nomi per priorato reposti in dicto bussolello supscripto de fore sic videlicet Bussulus prioratus
... Spiritualium et Camerariorum bursis tutti et singuli del nro sugello bullati nel
... et in la altra quattro
... sono reposte due burse in una delle quali sono sei nomi di Spirituali . Et in la altra
nomi di camorlenghi . Quale Bussulo volemo se abbia ad tenere et servare in la chiesia di sto
Felice fuora castello ... per li priori della dicta chiesia et la altra
per lo podesta del dicto castello et la altra per li priori . Et tratti sieran li officij per li tempi da priorato
in priorato et camorlengato in camorlengato subito se abbia ad relegare et bullare
de sugello del ... del dicto castello per li priori vecchij cavaranno delli officij . Nel qual cavamento
se abbia uno fanciullo quali cavi uno de dicti breviccelli et camorlenghi de la sua
bursa et Spirituali de la sua bursa ... como diremo de sotto et quelli seranno
cavati et trovanse scripti in tal breviccello siano veri officiali et deputati allo officio
... el modo dato di sopra . s . s .

Item che lo officio del dicto priorato del dicto castello duri et sia de dui mesi in dui mesi uno bre
viccello di quattro nomi di priori per fiata como e dicto da incomenzare in kl. di Marzo pro
ximo del . M . cccc . LxxViiij . qual sera domani in nome di dio et como seguira
da fare . Et essa sera domatina ad buona hora serrarse dicto primo breviccello di
priorato como e dicto in presentia di priori vecchij et della addunanza consueta delli masseij

in nomine amen anno domini nostri [illegible]
amen rinosso [illegible] consuli [illegible] sensore & [illegible] uno ch(e) [illegible] de
deldicto castello Et cosi successive se faccia per li tempi ordinati Et sel [illegible] siano
diti priori vechij serano fati muare li officij delpriorato et camorlengato octo
giorni prima finista lo officio loro precedente /

Item ch(e) lo officio del camorlengato duri sei misi quale officio cominci in k(a)l(ende)
d(e) magio prox(imo) futuro & cusi da sei misi in sei misi facendo como seguita servando
della lor bussola particulare cavandi neldicto Bussulo como è dicto / / /

Item ch(e) si nel cavare dellofficio delpriorato accadesse alcuno delli descripti in tal brevicello
esser morto & in caso detal morto della sua casata non fosse alchuno suo figliuolo fratello o
nepote maiore d(e) XX anni acto substituto ad tale officio ch(e) tu(n)c & exinde serani
uno dedicti superiori scripti nella sua propria bussola & quello se trovara scripto intal
brevicello sia in loco de tal morto ad tale officio d(e) priorato plenariamente /

Item ch(e) finita dicta Bussula & lidicti officij uno mese inanti se abbia ad renovare
per quattro homini electi & da elegerse per la communita insieme con lo Governator [illegible] sera
per li tempi & sendo parera alloro se abbia ad ordinare & refedare d(i)c(t)o bussulo &
officij come desop(r)a /

Quali capituli & ordinamenti tutti havemo approbati & facti ut(?) como d(e) sop(r)a Quali volemo se debbiano inviolabelmente ad observare & scrivarsi nel volume d(e)statuti deldicto castello sotto pena d(e) cinquanta ducati applicati ipso facto alla Camera apostolica
In quor(um) fidem & testimoniu(m) p(rese)ns decretu(m) fieri & per d(ominum) Scipionem d(e) Marianis d(e) Spolet(o)
n(ost)re curie notariu(m) & scribam subscribi & rogari & n(ost)ri sigilli impressione muniri fecim(us)
Datum in arce Spoletana die ult(im)o februarij M(ille)cc(cc) quadragesimo septuagesimo nono /

Nota

Q(uest)i [illegible] non [illegible] per priorato octo di [illegible]

Scipi[illegible]

48v

Agrestata